aduersa ꝛ ꝓspera me gradientē semꝑ
ꝛ vbiq̧ custodias: ꝛ me tandē ad tue
visiōis desiderata gaudia feliciter per
ducas. Amen. ¶ Post cōionē.

Hec sunt cōuiuia que tibi placēt:
que nobis orphanis in memoriā tue
dilectionis reliq̄sti. O patris sapientia
natus de v̄gine- qui non dedignatus
es- venerabile corpꝰ tuū tangi ꝛ sumi
a me indigno peccatore. Quid tibi di-
gne reddā pro omnibꝰ que retribuis

mihi Si enim tocius mundi merita in
vnū fuerint congeſta/ non valerēt tue
dignatiōi aliquatinus cōparari. Grās
ergo ago tibi dñe ieſu chriſte fili dei vi
ui rex regum ⁊ dñs dominantiū: gra/
tiarum actiōes/ ꝑ poſſe fragilitatꝭ mee/
tue tremende maieſtati ⁊ immenſe pie
tati/ piiſſime iheſu refero/ ꝙ ſacro corpe
tuo ⁊ ſanguine meā animā nimis ari/
dam dulciter refeciſti. Rogo te vt quic
ꝗd in me vicioſum/ ac tue volūtati cō/
trarium inuenit̃/ cōione huius ſacra/
menti funditus euacuet̃: ⁊ cor meū di
gnum ſanctiſpūs habitaculū prepare
tur. Et dulciſſime ieſu ſit hoc ſacramen
tum corpis ⁊ ſanguinis tui ſuauitas ⁊
dulcedo aīe mee: ſalus ⁊ ſanctitas in
omni tentatiōe: pax ⁊ gaudiū in omni
tribulatōe lumen ⁊ virtus in oī verbo
⁊ ope: ſolamen ⁊ tutela finalis in mor
te Amen. ¶ Itē alia de eodē.

O Sacratiſſimū corp⁹ ⁊ ſanguis
dñi noſtri ieſu chriſti/ qui ꝑ ſalute ge/
neris hūani mactabaris in cruce. Te

ego peccator miſerrimus ⁊ multis pec
catis inuolutus ſupplex imploro vt ꝑ
tuum mirabile myſteriū aīam meam
⁊ corpus meū ſalues ⁊ ꝓtegas ab om
ni deceptiōe ⁊ fraude dyaboli ⁊ hoſti
um vniuerſoꝝ. Et ꝑ oblationē ſanctiſ
ſimam quā ego hodie ſuſcepi ad lau
dem ⁊ gloriā noīs tui: et ad memoriā
dominice paſſiōis tue: ⁊ ad honorem
ſanctiſſime dei genitricis v̇ginis Ma
rie ⁊ omniū ſanctoꝝ omnia pctā mea
delere digneris: ⁊ nō permittas me cle
mentiſſime dn̄e dyabolo nec vlli crea
ture ad puniendū vel decipiendū ꝓ
pter peccata mea. Sed tu piiſſime dn̄e
qui omniū навus miſereris. Dignare mei mi
ſerere ⁊ me corripe in miſcdia tua in
finita ⁊ nō in ira. Da mihi piiſſime do
mine fidem rectā: ſpem firmā: charita
temq̧ perfectā: pacientiā non fictā: ta
lem penitentiā que tibi deo meo pla
ceat vt ſancti angeli tui de cōuerſione
mea gaudeāt. Te deprcor deus meus ꝑ
illaȝ pacē quam feciſti inter deū ⁊ ho

minem: qui te hostiā puram ⁊ inmacu-
latam obtulisti ad recōciliandū gen⁹
humanū deo pr̄i in cruce: vt pacem et
concordiā inter me ⁊ oēs fideles chri-
ſtianos facias ⁊ cōfirmes. Et per illum
terrorē quem ſerpēti in cruce pendens
feciſti, dyabolo formidabilē anuic) ac
ceptū inimic) placatū me facias: vt pa
ce tua ac tocius eccl'ie ac preſenti ꝓſpe
ritate gaudeā ⁊ futura. Saluator mū-
di ſalua nos: q per ſanguinē ⁊ crucem
tuā redemiſti nos, auxiliare nob̄ te de-
precamur deus noſter. Te dep̄cor dn̄e
ieſu chriſte per guttas ſanguinei ſudo
ris tui: per anguſtias p̄cioſiſſime mor-
tis tue: ꝑ merita ⁊ intererceſſionē bea-
tiſſime genitric) tue ꝑpetue v̇ginis ma
rie. Per p̄ces beati iohānis baptiſte et
omniū ſctōꝝ deo placentiū, vt liberes
me famulū tuum . N. necnō famulos
tuos N. ⁊. N. ⁊ omnes parētes meos
benefactores ac mihi cōmiſſos ab om-
ni periculo corpis ⁊ anime: ⁊ nob̄ poſt
hanc vitā in celeſti pr̄ia tribue ꝑpetuā

manſionē. Et libera etiā dn̄e animas famulorum ⁊ famularꝝ tuarum. N. ac parentū ac benefactorꝝ meorum ⁊ mihi cōmiſſorꝝ/ de lacu inferi: ⁊ de luto fecis/ ⁊ colloca eas in regno pacis ⁊ claritatis eterne. Te rogo piiſſime dn̄e/ per ſanctiſſimā corporis ⁊ ſanguinis tui p̄ſentiam ⁊ libamē/ vt liberes me ab omnibus peccatiſ meis: p̄teritis: preſentibꝰ ⁊ futuris: neceſſitatibus ⁊ anguſtiis: ⁊ ab inſidiis inimicorꝝ viſibiliū ⁊ inuiſibiliū. Et rogo te piiſſime dn̄e ieſu chriſte/ vt in hora tremēda mortis mee nō deneges mihi ſanctiſſimi corpis ⁊ ſanguinis tui cōmunionē/ integram ⁊ perfectā ſatiſfactionē/ cum preſentis vite felici conſumatiōe. Amen. ¶ Itē alie gratiarū actiōes vtiles ⁊ deuote pꝰ ſanctam cōmunionē dicende.

GRās ago immenſe maieſtati ac ſempiterne pietati tue dn̄e ſancte pater oīps eterne deus: ꝗ me indignū famulum tuū ac miſerum peccatorē/ nullis meis meritis exigentibꝰ/ multis ⁊ ma-

gnis ſaciare dignatus es/ corpe ꝛ ſan/
guine dn̄i noſtri ieſu chriſti. Et p̄cor vt
hec cōmunio nō ſit mihi reatus ad pe
nam/ ſed interceſſio ſalutarꝭ aduenia:
ſit mihi armatura fidei ꝛ ſcutum bone
voluntatis: ſit viciorū meorū euacua/
tio: ↄcupiſcentie ꝛ libidinis extermina
tio: hūilitatis: charitatis: paciencie: ca/
ſtitatis: obediencie: omniūq́ꝫ virtutum
atq́ꝫ tocius ſanctitatis ꝛ ſalutis/ augmē
tatio: cōtra inſidias omniū inimicorū
meorum viſibiliū ꝛ inuiſibiliū firma
defenſio: motuū meorꝫ tam carnaliū
q̄ꝫ ſpiritualiū perfecta q̄etatio: in te/ vi/
uo ac vero deo/ firma adheſio. ꝛ finis
mei felix ↄſummatio Sit queſo ſctē pa
ter ſacroſanctū ſacramentū corporis ꝛ
ſanguinis dilecti tui filij dn̄i noſtri ie/
ſu chriſti ſuauitas ꝛ dulcedo aīe mee:
ſalus ꝛ ſanctitas in oī tentatiōe: pax ꝛ
gaudiū in omni tribulatiōe: lumen et
virtus in omni v̄bo ꝛ opere: ſolaciū ꝛ
tutela finalis in morte. Et p̄cor te vt ꝑ
hoc merear ſpiritu tuo ſctō repleri: ꝛ ꝑ

viam mandatoꝝ tuoꝝ̃ dirigi: eodem̄qȝ viatico me in extremo vite mee articu/lo/ concede reficimūc quoqȝ refectum vſqȝ tunc ſine intermiſſione ꝯſeruari: ⁊ ad illud ꝯuiuiū per ſctōs angelos tu/os ꝑduci: vbi tu ipē es ſanctis tuis lux vera: ſacietas plena: iocūditas cōſum/mata: felicitas ꝑfecta ⁊ gaudiū ſempi/ternum. Amen.

Aue ſanctiſſima caro: ſumma vite dulcedo. Aue celeſtis potus ante oīa mihi dulcis: Ue/riſſime ⁊ piiſſime amator ⁊ recōciliator humani generis ieſu xp̄e/ eterna ſalus omniū te diligentium: qui ꝓpter tuam patientiā/ permiſiſti me indignū pec/catorē polluto corde ⁊ ore accipe hoc ſctm̄ corpus tuū ⁊ ſanguinem tuū: quē qui accipit indigne/ nō ad remedium ſed ad iudiciū accipit. Queſo eſto mi/hi ꝓpicius indigniſſimo pctōri. Et qui es vera ⁊ eterna vita/ dignare ꝑ hec ſa/cramēta que ſumpſi/ omnē iniquitatē ⁊ impietatē mee prioris vite remittere: ⁊ ſequētis vite actionē in laudē ⁊ glo

riam tui ſanctiſſimi nominis tranſmu
tare: vt cū adiudicandū tibi poſt hanc
vitā preſentatus fuero/ noli me queſo
clemētiſſime deus/ ꝓpter innūerabilia
pctā mea dānare: ſed per hanc recepti
onem redēptionis nr̄e auerte iram tu
am a nobis quā ſepiſſime meis negli
gentijs plurimus ⁊ pctōꝝ perpetra
tione proch dolor me ꝯfiteor irritaſſe
O ſereniſſima ⁊ inclita mater dn̄i no
ſtri ieſu chriſti v̓go perpetua/ que eun
dem creatorē omniū creaturarū in tuo
ſacratiſſimo vtero digna fuiſti portare:
cuius idem veraciſſimū corpus ⁊ ſan
guinem ego miſer pctōr ⁊ indignus ſu
mere preſumpſi: tuā humiliter dep̄cor
miſc̄diam/ vt ad ipm̄ ꝑ me digneris in
tercedere: q̄tinus quicq̄d in eius ineffa
bili ſacramēto ignorāter aut negligē
ter cōmiſi/ tuis ſacratiſſimis p̄cibus mi
hi ſua pietate ineffabili atꝫ miſc̄dia in
enarrabili dignetur indulgere. Amen
O Uos oēs cetus angelici: angeli:
archangeli: v̓tutes: ptātes: do

minationes:principatus:throni: cherubin ꝛ ſeraphin:q̄ ab vbertate fontis deifice trinitatis inebriati ſplendorem ſempiternū ab ipo eterne diuinitatꝭ lumine recepiſtis in quo felices vere btī aſſidue gaudetꝭ: in leticia amātes ſine faſtidio: vidētes ſine medio: mādūcatis ore pleno ipm̄ panem mellifluū vite eterne quo me paupem dei bonitas hodie letificare dignata ē. Uos btōs ꝛ electos ego exul ꝛ orphanus hūiliter imploro vt in cōſpectu throni eius hodie stātes voce vnanimi hymnū ꝛ laudem glorie eius decātetis collaudantes viuifice deitatis dignatioꝫ: que me indignū in ꝑceptione corporis ꝛ ſanguinis dn̄i noſtri ieſu chriſti dignata ē

O Uos ele- ¶ Diuiſio. reſpicere. ctoꝝ numerus: oēſqꝫ ciues celici patriarchaꝝ chorus: iohānes baptiſta chriſti preuius. Johānes euangeliſta xpi cuſtoſqꝫ virgineus: apoſtoloꝝ laudabilis numerus. Martyrū roſeus exercitus. Sacerdotū ac cōfeſſoꝝ glorio-

ſus chorus: ſpōſarumq; christi exercit⁹
v̇gine⁹ ⁊ vidualis caſtitas Uos oēs di
lectos ⁊ electos dei ꝯuenio ⁊ apō vos
voto ſupplici depoſco / q̄tinus omniū
bonorum largitorē / dn̄m noſtrum ihe
ſum christū ꝓ me laudetis ⁊ glorifice
tis: q̄ me (q̄uis indignū) pauit ſuo ſan
cto corpe ⁊ potauit ſanguine ꝓprio: q̄
de celo venit ⁊ incarnari a maria v̇gi
ne glorioſa voluit: hic dat vitā mun
do: rogate etiam precibus pijs vt adiu
tus meritis vr̄is / perueniat ad me: ⁊ ꝑ
maneat in me dulcedo ſui ſacratiſſimi
corpis: vt preter illā nullam aliā ſenti
am ſaporis dulcedinē. Implorate etiā
mihi apud glorioſam v̇ginem mariā
dei matrē: vt in filio ſuo ieſu xp̄o obti
neat mihi vite puritatē: peccatoꝝ con
tritionem: verā confeſſionē ⁊ dignam
ſatiſfactionē ⁊ poſt hanc miſeriā vr̄is
premijs ⁊ gaudijs felicē ſocietatē / ipo
preſtante. Qui vi. ¶ Alia orō.

O Ueneranda trinitas ⁊ admirā
da vnitas pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus:

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0130

lux vera:luxq̧ beata:hūanis ſenſibus
incomprehēſa. Tu cōcede mihi corde
natum ex parētis aluū implentē virgi
nis:lumen ſanctū illuceſcēs cecis:ho-
ſtiam dignā beatum corpus ieſu chri-
ſti ſaluatoris nr̄i mūdo palato cordis
⁊ oris deguſtare:liceatq̧ mihi ex diui-
na gracia oſculari ⁊ amplecti dulciſſi-
mum amatorē meum:modo vlnis fi-
dei ⁊ dilectiōis:tandem aūt hac corru
ptibilitate remota libere cōprehendā
prenobilem coheredē meum vna cū
cū angelis ⁊ ſanctaꝝ virginū choris:ꝑ
quem cognoſcā extūc trinitatē veram-
q̧ vnitatē ꝑfecte laudādo in ſecula ſe-
culorum. Amen. ¶ Sequit̄ iubilus
ſcti Bernhardi multū deuotus: q̄ etiā
dici pōt poſt ſctām cōronē.

IEſu dulcis memoria dās vera
cordis gaudia:ſed ſuper mel ⁊ oīa eiꝰ
dulcis ꝑſentia. Nil canit̄ ſuauius: au-
ditur nil iocūdius: nil cogitatur dulci
us q̄ ihesus dei filius. Jeſus dulcedo
cordiū:fons viuus lumen mentiū:ex-

cedens omne gaudiū ⁊ omne deſide-
rium. Jeſus ſpes penitētibus ꝙ pius
es petētibus ꝙ bonus es querētibus:
ſed q̄d inueniētibꝰ? Nec lingua valet di
cere: nec lr̄a exprimere: exptꝰ nouit cer-
nere quid ſit ieſum diligere. Jheſum
queram in lectulo clauſo cordis cubi
culo: priuatim ⁊ in publico: queram
amore ſedulo. Cum Maria diluculo.
Jehſum queram in tumulo clamore
cordis querulo mente querā non ocu
lo. Tumbā perfundam fletibꝰ: locum
replens gemitibus. Jeſu ꝓuoluar pe-
dibus: ipm̄ habens amplexibus. Jeſu
tu rex amabilis: dulcedo ineffabilis ⁊
triūphator nobilis totꝰ deſiderabilis.
Mane nobiſcū dn̄e mane nouo cū cul
mine pulſa noctis caligine mentem re
plens dulcedine. Jeſus amor dulciſſi-
mus ⁊ vere ſuauiſſimus: plus millies
gratiſſimus ꝙ dicere ſufficimꝰ. Experti
recognoſcite amorē pium poſcite ihe
ſum ardenter querite querendo in ar-
deſcite. Jheſus auctor clemētie: tocius

ſpes leticie: dulcoris fons ⁊ gracie: vere cordis delicie. Cū digne loq̄ nequeā de te tn̄ non ſileā: amor facit vt audeā/ cū de te ſolo gaudeā. Tu ieſu dilectio/ grata mentis refectio/ replens ſine faſtidio/ dans famen deſiderio. Qui guſtant te eſuriunt: q̄ bibunt adhuc ſitiūt deſiderare nequeūt/ niſi ieſum quē diligūt. Quē tuus amor inebriat/ nouit qd̄ ieſus ſapiat: felix guſtus quē ſatiat: nō eſt vltra qd̄ cupiat. Jeſus decus angelicum/ in aure dulce canticū: in ore mel mirificū: in corde nectar celicum. Deſidero te millies/ mi ieſu qn̄ venies: me qn̄ letum facies: de te me qn̄ ſaties. Amor tuus ꝯtinuus/ mihi lāguor aſſiduus: mihi ieſus melliſluus/ fructus vite ꝑpetuꝰ. Jeſu ſumma benignitas/ mira cordis iocūditas: incompreſenſa bonitas/ tua me ſtringit charitas. Bonū mihi diligere: ieſum nil vltra querere: mihi prorſus deficere/ vt queā illi viuere O ieſu mi dulciſſime: ſpes ſuſpirantis aīe: te querunt pie lachrime: et

clamor mẽtis intime. Quocunq̃ loco
fuero: ieſum mecũ deſidero: q̃ letꝰ cũ
inuenero: q̃ felix cũ tenuero. Tunc am
plexus, tunc oſcula, que vincũt mellis
pocula: ſed in his parua morula, ihm
ſequar pſecula. Jam qđ queſiui video
qđ ↄcupiui teneo: amore ieſu lágueo:
⁊ corde totus ardeo. Hic amor ardet
iugiter: dulceſcit mirabiliter: ſapit dele
ctabiliter: delectat ⁊ feliciter: hic amor
miſſus celitus: heret mihi medullitus:
mentem accendit penitus: hic delecta
tur ſpiritus. O beatum incendium. O
ardens deſideriũ. O dulce refrigeriũ,
amare dei filiũ. Jheſus cum ſic diligi,
tur, hic amor nõ extinguitur. nec tepe,
ſcit nec moritur: plus creſcit cum accen
ditur. Jheſus flos matris virginis.
amor noſtre dulcedis: tibi laus honor
numinis: regnũ beatitudinis. Ueni ve
ni rex optime: pater immẽſe glorie: ef,
fulge clare letius: iam expectatus ſepi,
us. Jeſus ſole ſerenior ⁊ balſamo ſua,
uior: omni dulcore dulcior: pre cũctis

amabilioꝛ. Cuius amoꝛ ſic afficit: odoꝛ
qꝫ ſic mea reficit: in quē mēs me deficit
Tu mentis delectatio: amoꝛis cōſum-
matio: tu mea gloꝛiatio: ieſu mūdi ſal
uatio. Mi dilecte reuertere, conſoꝛs pa
terne dextere: hoſtē viciſti ꝓſpere: iam
celi regno fruere. Seq̄r quocūqꝫ ieris:
mihi tolli nō poteris: cum meū coꝛ ab
ſtuleris ieſu laus noſtri generis Celi ci
ues occurrite: poꝛtas vr̄as attollite: tri-
umphatoꝛi dicite, ſalue ieſu rex inclite
Rex virtutū: rex gloꝛie: rex inſignis vi-
ctoꝛie. Jeſu largitoꝛ grē honoꝛ celeſtis
curie. Te celi choꝛꝰ ꝑdicat: ⁊ tuas lau-
des replicat: ieſus oꝛbē letificat ⁊ nos
deo pacificat Jeſus in pace imperat: ⁊
omnē ſenſum ſuperat: hūc mea mens
deſiderat: ⁊ eo frui ꝓperat. Jeſus ad
patrem rediit: celeſte regnū ſubiit: coꝛ
meū a me tranſiit, ſimul poſt eū abiit.
Quē ꝓſequamur laudibus: hymnis
votis ⁊ precibus, vt nos donet celeſti-
bus cū ipſo frui ſedibus. Amen.

¶ Itē alia oīo ad ſanctā cōronē dicē

ROgo te ie da plurimū deuota.
ſu chriſte fili dei· per gloriā tue
ſanctiſſime paſſiōis vt hodie introdu-
cas aīam meā in cellā tue dulciſſime
dilectiōis. Et oīa impedimenta eijciēs
fac me intereſſe gaudio ⁊ ſilentio mu-
tue ꝯiunctionis: vt cū plena charitate
poſſim ꝑfrui dulcedine tue optate ꝯſo
latiōis Ueni pr̄ orphanoꝝ fideliſſime:
veni ꝯſolator oīm miſeroꝝ dulciſſime:
ꝓpina mihi talē potū de cellarijs vul-
nerū tuoꝝ per quē omnia viſcera mea
ſentiant te immemorē eſſe omniū deli
ctorum meoꝝ Rogo te dn̄e ieſu chriſte
per ſanguinē tuum p̄cioſum: quem tu
voluntarie fudiſti in cruce in tua paſſi
one· vt hodie ꝑfundas cor meū ⁊ ani-
mam meā tua ſancta benedictiōe: ⁊ fa
cias me corpus tuū ſanctiſſimū ⁊ ſan-
guinem tuū precioſiſſimū percipe cuꝫ
tali deuotiōe vt eternaliter merear gau
dere in tui dulciſſimi vultus ꝯtēplati-
one. Ueni fons m̄ ſcdie: veni ꝯſolator
optime· mūda hoſpicium aīe mee: nō

enim fas eſt ibi aliq̃d immũdicie eſſe/
vbi tu regnaturus es rex ⁊ ſpõſus vir/
ginalis pudicitie. Filie ir̃lm nunciate
dilecto: qꝛ omniũ peccatorum meorũ
emendationẽ iam ſpondeo: ꝑpetratio
nẽ toto corde meo emẽdare deſidero:
q̃a ſine illo nullatenꝰ viuere volo nec
valeo. Rogo te dñe ieſu chriſte per q̃n
ꝗ vulnera tua/ vt hodie digneris aiaꝫ
meam lauare ⁊ dealbare in vnda tui
ſanctiſſimi ſanguinis: vt licet non ſim
dignus vocari vnus de tuis minimis/
tu tamen tã potens es ⁊ tã miſericors/
ꝙ me aſcribere tuis caris ⁊ dilectis poſ
ſis. Ueni amicoꝝ fidelˀ amice veni dul
cis ꝯuiua pctõꝝ penitentiũ. Fac aiam
meam epulari in azimis vulnerum
⁊ membrorum tuoꝝ foraminibus: vt
eternaliter merear lucere ⁊ gaudere in
ꝯſpectu oculoꝝ tuorum. Rogo te dñe
ieſu chriſte per ſanctiſſimas cicatrices
corporis tui: vt cito venias ⁊ dirrumpas
omniũ peccatoꝝ meorum vincula: et
extinguas hodie mea vicia: vt nec ſcin

ſtillam vnius delicti poſſit mihi in meo ſine obijcere dyabolica malicia. Ueni medicina aiaꝝ: veni piſcina oim grã rum: ꝛ ſicut in paſcali nocte tuos captiuos eduxiſti de locis penaꝝ, ita libera hodie aiam meã de vinculis ꝛ nexibꝰ omniũ miſeriaꝝ.

Filie ir̃lm nũciate dilecto: qꝛ thalamũ cordis mei iã preparo: ꝛ qꝛ ſine illo nullatenus viuere volo nec valeo.

Rogo te dñe ieſu chriſte per tuam ſanctiſſimã paſſionem vt hodie ſuper cãdelabꝝ aie mee ponas tui dulciſſimi corpis candelã, vt accendat tui precioſiſſimi ſanguinis flamã: vt ſic quondã tuis ſanctiſſimis manibꝰ non deſpexiſti tangere ꝛ ſanare immũdiſſimam leprã ita non deſeras oibus virtutibus ꝛ mẽbris perungere ꝛ ſanare vulnera tam aiam meam. Ueni reſugium pauperũ: veni vnica ſalus mea et perfice in me cordis deſideriũ: vt tibi letus poſſim oñdere acerbitatẽ vulnerum meoꝝ: qꝛ tuipſe ſenſiſti ꝛ ſuſtinuiſti dolorem ꝛ amaritudinẽ vulnerum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0138

Rogo te dñe ieſu chriſte per gloriā tue
paſſiōis: vt accēdas in corde meo ignē
tue dilectōis: ꝛ non ſinas me ſeparari
de gaudio tue ꝯtemplatiōis: qz magſ
optas vitā q̄ mortem pctōꝝ. Ueni nū
di gloria: veni celorum gaudiū: qz tibi
aperta eſt cordis mei ianua: ecce expe-
ctant ꝛ deſiderant te oīa viſcera mea:
qz tota ſalus ꝛ vita mea pendet in tua
miſericordia. Rogo te dñe ieſu chriſte
ꝑ vulnera que ꝑtuliſti in tuis ſanctiſſi
mis manibus vt hodie animam meā
mundāre de omniū vitiorum ſordibꝰ
ꝛ digneriſ reſpergere omniū virtutum
floribus ꝛ folijs: vt tu rex regū in eam
ingrediens talē odorem ſentias q̄ eter
naliter redoleat in tuis gaudijs ꝛ deſi
derijs. Ueni ſol iuſticie: veni ſtella ma-
tutina illumina tenebras aīe mee tu
q̄ ſolus potes iuſtū ꝛ ſanctū de pecca-
tore facere: qz tibi nihil eſt impoſſibile
qm̄ ꝛ omnes ꝑſumentes de te poſſunt
ſaluari: ꝛ in te ſperātes nunq̄ vis dere
linquere. Rogo te dñe ieſu chriſte per

vulnera ꝛ p veſtigia pedũ tuorum: vt
dũ hodie ad ſuſpirãdum aperiam cor
meũ tu aperias mihi tui iocundiſſimi
cordis paradiſum ꝛ celum: ꝛ facias ſic
aiam meam intrare in te dulciſſimũ ie
ſum vt in tuo dulciſſimo amore flore-
at ꝛ creſcat: ꝛ pmaneat nũc ꝛ in euum
Ueni illuminator cordiũ ꝛ illumina
aiam meam: veni ꝛ reſtitue mihi oẽm
tuam graciam vt tibi poſſim ſecurius
enarrare meã miſeriam: q̃ non me mi-
nus diligis q̃ꝫ tuam carnẽ ꝛ tuam pro
priam aiam. Filie ir̃lm nunciate dile-
cto: qꝛ amore eius lãgueo: ꝛ nullatenꝰ
ſine illo viuere volo nec valeo. Rogo
te dñe ieſu chriſte per vulnus tui ſan-
ctiſſimi lateris vt hodie ponas in cor
meũ tui precioſiſſimi ſanguinis ꝛ cor-
poris ſcalã: ꝛ facias aiam meaꝫ per ip-
ſam aſcẽdere cũ ſanctis angelis: vt poſ
ſit miſericordiã tuam inuenire ꝛ que-
rere in ſingulis articulis mẽbroꝝ tuoꝝ
Ueni eterni ſolis radiꝰ: veni redẽptor
meus ꝛ libera me de oibus tribulati-

omibus meis. Ecce em̄ ſum deſpectus
⁊ ꝓiectus ab omibus cordibus: ⁊ tibi
ſum ſoli derelictus: qꝛ tu me nunq̄ꝫ de
ſpexiſti/ ſed ſemꝑ dilexiſti totiſ medullis
et viſceribus. Filie ir̄lm nunciate dile
cto: qꝛ morā aduentus eiꝰ diutius fer/
re neq̄o: ⁊ qꝛ ſine illo viuere nolo nec
valeo Rogo te dn̄e ieſu chriſte per gut
tas ſanguinis tui: vt hodie ꝑducas de
corde meo ⁊ oculis meis fontez lachri/
marum ⁊ penitētie ⁊ emundes animā
meam ab oībus peccatis ⁊ miſerijs: ⁊
facias me nunc ⁊ ſꝑ ⁊ in hora mortis/
tam mundū ⁊ decoꝝ apparere corā te/
ſicut fui ante cōfirmationē mūdi: ⁊ in
tua voluntate ſꝑ perſeuerare. Ueni lux
perhēnis: veni abyſſus dulcedinis: q̄a
nullū in te ſperantē ſꝑernis nec repel/
lis. Ecce iā tempus eſt/ vt aīam meam
corones virtutū ornamentis: qꝛ hodie
feſta leticie celebrabit in tuis vulneri/
bus/ ⁊ in tuis membris. Rogo te do/
mine Jheſu chriſte per amariſſimas la
chrimas tuas/ quibus perfundebaris

ꝑ mea ſalute/ vt facias me hodie tibi
ꝓpinare omnem deuotionē ꝛ chari/
tatem/ quā in tuo eterno deſiderio ſiti/
uit tuus eternus affectus: ꝛ inuoluas
in ſyndonē aīe mee tuum ꝑcioſiſſimū
corp⁹ qđ de ꝟginali vtero ꝑ me aſſum
pſiſtit ꝛ laua aīam meā in tuo ſangui/
ne: et extingue oīa pctā/ que in cruce
amariſſime defleuiſti. Ueni electus ex
milibus: veni decor ꝛ decus et honor
paterne glīe/ qui mihi precūctis es ꝓpi
cius ꝛ ꝓximus. Non eñ decet/ vt mihi
tuā conſolationē diucius ſubtrahas:
quia aīa mea/ quā diligis/ impugnat
demonū artibus: ideo aduentū tuum
toto corde deſiderat. Rogo te dñe ieſu
chriſte/ per oēs dolores ꝛ afflictiones:
q̄s ſuſtinuiſti in tua hūanitate trigin/
tatribus annis/ vt tuā ineffabilem mi/
ſericordiā ꝛ meam multipharia̅ miſe/
riam in ſtatera digneris pōderare. Et
q̄tum vides tuā bonitatē meam mali
ciam mēſura ꝛ grauitate ſup̄are/ tantū
ſtude tuam ineffabilē gloriam ꝛ miſeri

cordiam in me misero pctõre eternali-
ter magnificare. Ueni virtutũ ſemina-
tor/veni tocius ſalutis ⁊ ſuauitatis re-
parator: ecce aïa mea quã diligis infir
matur: ⁊ nõ poteſt cõualeſcere/niſi tu
ſis eius fidelis medicus: quẽ toto deſi
rio querit ⁊ poſtulat: qꝛ morã tui aduẽ
tus diutius ferre nõ poteſt. Filie ierl̃m
nunciate dilecto: ꝙa multũ deſidero/
vt aïam meam cõſoletur/ſui ꝓprij oris
colloꝗo: qꝛ ſine illo nullatenus viue-
re volo nec valeo. Rogo te dñe ihesu
chriſte per tuã paſcalẽ victoriam: vt ſi
cut tu pendẽs in cruce/nullam tui ſan
guinis in te tenuiſti guttã. Ita hodie
nullius ꝑmittas in me ꝑmanere pecca
ti maculã. Sed facias me corpꝰ ⁊ ſan-
guem tuũ precioſum ita ſumere/vt per
ipſum merear ꝓficere de gracia in gra
ciã: vt in tua viſiõe merear aſcẽdere de
gloria in gloriã. Ueni vera mũdi salꝰ
veni ꝟginis filiꝰ ⁊ virginũ corona/im
pone languẽti aïe mee tuas paternas
manus ⁊ ſctãs. Quis em̃ põt mihi ita

pīne ꝛ misericorditer cōpati vel quis ē ad oēm salutē meā ita parat⁹ sicut tu qui cūctis amaritudinibus ꝓ me es inebriatus? Jdeo multū desiderat misera aīa mea / vt osculetur ꝓprij oris tui osculo dulcissimo. Rogo te dn̄e ihesu christe dulcissime: per tuā gl'iosam resurrectionē / vt hodie extinguas in corde meo omnē nociuam ꝛ malā dilectionem: nō sinas me hic habere vllam terrenam ꝯsolationē: vt in tuo amore dulcissimo possim habere plenam leticiā ꝛ assiduam dilectionē. Ueni amoris sagitta: veni laus ꝛ gloria celestis pallatij: veni / cuius viscerib⁹ mea memoria est inscripta. Quis dignius vel fidelius delebit oīa mea delicta q̄ʒ tu / cui sola aīa mea ē derelicta? Jdeo multū ex toto corde meo desiderat anima mea / vt ꝓprij oris tui colloq̄o consoletur dulcissimo O iesu amabilis. O laude plus laudabilis. O gaudiū mellifluum. O amor cordis irriguus: totus desiderabilis: frui fac me tui dulcedīe

ieſu hic ꝛ in eterna beatitudine p infi-
nita ſecula ſeculoꝝ Amen ¶ Oro poſt ſctam cōionē

BEnedictus es potentiſſime ieſu chriſte rex eterne
glorie pmiſſor ꝛ largitor ſempiterne
beatitudinis: q̄ me de vtero matris mee
cum integris mēbris ꝛ ſenſibus cōdu-
xiſti: ꝛ hodie de omnibꝰ mēbris ꝛ vul
neribus tui ſanctiſſimi corpis nouam
ꝛ ſingularē grām mihi dulciter ꝛ lar-
giter infudiſti Bn̄dictus es ſanctiſſime
deꝰ: quod me ad imaginē ꝛ ſimilitudi
nem tuā creaſti: oībus v̓tutibus deco-
raſti: ꝛ hodie p corpus ꝛ ſaguinē tuuꝫ
decore imaginis tue miſericorditer il-
luſtraſti: ꝛ oēs virtutes tuas in me mi-
ſericordius reſcripſiſti ꝛ reformaſti. Be
nedictus es clemētiſſime deus: q̄ me in
lauacro baptizās tibi celeſti ſpōſo de-
ſpōſare voluiſti: ꝛ hodie corpus ꝛ ſan
guinem tuū ad donū noue deſponſa-
tionis ꝛ ꝯſummationē legittime tue
dilectiōis ꝯtuliſti. Bn̄dictus es largiſ-
ſime deus: qui ab infantia mea vſqꝫ in

hanc horá innumerabilia bńficia ⁊ in
explicabilia dona mihi ꝯtuliſti: ⁊ ho-
die corpus ⁊ ſanguiné tuum mihi ad
augmentū ⁊ conſolationé omniū do-
norum ⁊ beneficioꝝ tuorum tradidiſti
Benedictus es mitiſſime deus: q in oī
fidelitate mea: ⁊ in oībus peccatiſ meis
patienter tolerádo vſq; in hác horam
vitam meá diſtuliſti: ⁊ in hac feliciſſi-
ma hora per corpus ⁊ ſanguiné tuum
omnia pctá mea obliuioni ꝑpetue tra
didiſti: ⁊ me in memoriá tui cordis feli
ciſſimi: ⁊ in oīa viſcera miſcd̄ie tue feli
citer deſcripſiſti. Bn̄dictus es nobiliſſi-
me deus: q̄ me a multiſ pctīs ⁊ miſerijs
cuſtodiſti: ⁊ de illis/in quas inciderá
miſericorditer liberaſti: ⁊ hodie ꝑ cor-
pus ⁊ ſanguinē tuum oēm damnatio
nem meá in ſaluationē miſericorditer
cōuertiſti. Benedictus es donátiſſime
deus: q̄ me a vanitate ſeculi: ⁊ de cōſo
latione omniū parentum meoꝝ eduxi
ſti: ⁊ hodie ꝑ corpus ⁊ ſanguiné tuum
ſatiaſti: ⁊ ſanctoꝝ tuorum amicitie mi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0146

ſericorditer ꝯiũxiſti. Benedict⁹ es piiſ-
ſime deus: q̇ mihi in omni tẽtatione ⁊
tribulatione/ pia cõſolatione ſp aſtiti-
ſti: ⁊ oia deſideria mea ⁊ oẽs labores
meos/ tuo pr̃i in tuis vulneribus oñdi
ſti ⁊ obtuliſti: ⁊ precioſo corpe ⁊ ſan-
guine tuo miſericordiť me ſatiaſti: eter
namq̃ mercedẽ ⁊ conſolationẽ mihi
comparaſti ⁊ acq̇ſiſti. Benedicat te cle-
mentiſſima/ piiſſima/ miſericordiſſima
⁊ dulciſſima mater tua v̇go maria: q̄
ipſum corpus ⁊ ſanguinem/ q̄d de ſuo
vtero virginali ſuſcepiſti: mihi hodie
ad eternum remediũ ꝯtuliſti: ⁊ per ip-
ſum me cõſortem ⁊ ꝯciuẽ omniũ ſan-
ctorum tuoꝝ feciſti. Benedicãt te om-
nes angeli: archangeli: throni: p̄ncipa
tus: dn̄ationes: ptãtes: virtutes: cheru-
bin: ſeraphin: ⁊ oẽs ſancti tui: q̄ ipſis
nouum gaudiũ per dulce cõuiuiũ de
mea ſalute feciſti: ⁊ te eterne vite ſpecu
lum/ in quo oi hora oẽs ſancti deſide-
rant proſpicere/ cũ omni fidelitate tua
hodie deſiderio meo tribuiſti. Bene di

cant te oēs ſcti p̄riarche ⁊ ꝓphete tui: ꝙ
tu creator celi ⁊ t̄re i anguſtia cordꝭ mei
hodie deſcere voluiſti: ⁊ oīa interiora
mea roꝛe tue largiſſime bn̄dictiōis co/
pioſe perfudiſti. Benedicāt te oēs ſan
cti apoſtoli ⁊ euangeliſte tui/ ꝙ hodie
cum aīa mea cenare voluiſti: ⁊ dulcē
manſionē apud me faciēs/ vſq in finē
vite mee mecū permanere diſpoſuiſti.
Benedicāt te oēs ſancti martyres ⁊ cō
feſſoꝛes tui: ꝙ meā miſeram animā in
amplexus paterne miſcdie tue hodie
ſuſcepiſti. Stolā: anulum: ⁊ oīa oꝛna/
menta virtutū de tua miſcdia mihi cō
tuliſti et reddidiſti. Benedicant te oēs
ſancte v̄gines tue/ ꝙ virgineū coꝛpus
tuum tanq̄ roſam in aīam meam plā/
tare voluiſti: ⁊ eā floꝛes virtutū ⁊ fru/
ctus graciarū de tuis mēbꝛis ⁊ vulne/
ribus carpare ⁊ colligere voluiſti ⁊ fe
ciſti: Benedicat te multitudo continē/
tium: viduarꝫ ⁊ penitētiū: ꝙ tu languē
tium medicus benigniſſime: cū oī miſe
ricoꝛdia tua hoſpiciū mei coꝛdis intro/

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0148

ſti: ⁊ oīa vulnera anime mee medica-
mento corpis ⁊ ſanguinis tui hodie ꝑ
ungendo eterne ſaluti tue reſtituiſti.
Benedicat te celi ⁊ ois laus ⁊ iubilus
celorum: ꝙ hodie miſere aīe mee celoſ
vulnerum tuoꝝ aperuiſti ⁊ eam in te
verum paradiſum ſempiterne iocūdi-
tatis ⁊ felicitatis introduxiſti. Benedi
cat te terra terrarūq; plenitudo: ꝙ me
hodie de hoie angelū: de terra celum
feciſti: verū tu ſolus dignatus es mihi
dn̄ari ⁊ mihi miſereri: quia tuo p̄cioſo
ſanguine me redemiſti. Benedicat te
mare ⁊ oīa que in eo ſunt: ꝙ virtutum
graciarū ⁊ omnium bonoꝝ in te parti
cipem me feciſti: ⁊ ꝙ nunq̄ potes aut
vis me derelinquere: q2 vinculo corpiſ
⁊ ſanguinis tui inuiſibilr̄ me tibi ho-
die cōnexiſti: ⁊ oia bona mihi confers
⁊ nūciaſti. Ecce aīa mea hodie in tha-
lamo amoris tui virgineo flori ſocia-
ta. Rogo te per quinq; vulnera tua: ꝑ
ſanguinē: per ſudorem: per anguſtias
per lachrimas: per oēs afflictiōes ⁊ do

lores cordis et corpis tui: per ſanctam paſſionē tuam ꝛ amariſſimā mortē tuam. vt aīam meam oīa viſcera mea tua benedictione ꝛ tua dulciſſima delectione ꝑfundas ꝛ repleas: ꝛ vſq; in finem vite mee. mecū permanendo ꝯſerues illam graciā ꝛ illam mundiciā. quam mihi cōtulit ꝛ reſtituit tua incōprehēſibilis bonitas. Et nunc deprecor te O dulciſſime ihesu. vt fructuoſum in me facias tuū aduentum: ꝛ liberes me in hac hora ꝛ in oībus diebus vite mee. de oī nocibili tentatiōe: ꝛ tibi ꝯnectas me, ꝛ oīa opera mea ꝛ deſideria. vt nūq; poſſim ſeparari de tua miſericōdia ꝛ de tua dulciſſima dilectione ꝛ clariſſima viſione pulcherrimi vultus tui: vt merear in te florere ꝛ regnare nūc ꝛ in perpetuū. Amen. ¶ Itē oro poſt ſctām cōionē.

Oya nūc oro dulciſſime deus: vt hoc dulciſſimū ſacramentū ſit mihi omniū peccatoꝝ meoꝝ efficaciſſimū medicamentū. Sit mihi chariſſime deus hoc dulciſſimū ſacra-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0150

mentū omnis virtutis τ grē virtuoſiſ-
ſimuz cōplementū. Sit mihi benigniſ
ſime deus hoc ſuauiſſimū ſacramentū
tam in vita q̄ꝫ in morte: cōtra / oīa peri-
cula validiſſimū ſuſtentamentū. Mi
dñe deus te dep̄cor per ſanctā eucharı
ſtiam / vt a pctīs mundatus / meritis fe
cūdatus: fine bono ꝯſummatus / tecū
ſim ſine beat⁹. Dep̄cor te amantiſſime
ieſu / ꝓ omnibus mihi ꝯiunctis: ꝓ om
nibus familiarib⁹: τ ꝓ omnibus be-
nefactorib⁹ meis: vt per adiutricē hu-
ius ſacramenti virtutē / adiuues τ diri
gas eos ad eternā ſalutem Deprecor te
mi dñe ieſu chriſte ꝓ oīb⁹ mihi in ora
tionibus cōmiſſis: vt per cōfirmatricē
huius ſacramenti virtutē / cōfirmes et
munias eos ad eternā ſalutem. Depre
cor te benigniſſime deus ꝓ peccatori-
bus vniuerſis / vt per reparatricē hui⁹
ſacramenti virtutem / repares τ cōfir-
mes eos ad eternā ſalutem. Dep̄cor te
mi dñe ieſu chriſte ꝓ omnibus fideli-
bus defunctis / vt per liberatricē hui⁹

ſacramenti virtutē/ liberes eos ⁊ ꝑdu/
cas eos ad eternā ſalutem. Amen.

¶ Itē poſt cōionē ſanctā immediate dicēda.

ANima chriſti/ ſanctifica me. Corpus chriſti ſalua me
Sanguis chriſti inebria me. Aqua la
teris chriſti laua me. Paſſio chriſti con
forta me. In vulneribus tuis abſcōde
me. Ab hoſte maligno defēde me. In
hora mortis mee voca me: ꝓtege me:
pone me iuxta te/ vt cū ſanctis angelis
tuis: in ſecula ſeculoꝝ laudē te Amen.

¶ Poſtmodū dic illam. Hec ſunt cō
uiuia: que ſuperiꝰ ponit̄: ⁊ ꝯſequēter
alias ad placitū. Et notandū ꝙ ꝗcūqꝫ
deuote dixerit orōnē illā/ habebit tria
milia dierum indulgentiā criminaliū
pctōꝝ: ⁊ vigintimilia dierū venialiū a
dn̄o iohāne papa. xxij. ¶ Itē alia orō
an̄ ſanctā cōionē dicēda qn̄ ſtatim vis cōicare.

Dn̄e deus meus. Non
ſum dignus/ vt intres ſub tectū
meum/ ſed cōfiſus de tua pietate ⁊ cle/
mentia. Accedo ad ſacramentū corpis

⁊ ſanguinis vnigeniti filij tui dñi no-
ſtri ieſu chriſti. Accedo inquã ſicut in-
firmus ad medicũ vite: immundus ad
fontẽ miſericordie: cecus ad lumẽ cla-
ritatis eterne. Egen⁹ ad dñm celi ⁊ ter
re. Nudus ad regẽ glorie. Ouis ad pa
ſtorem: figmentũ ad ſuũ creatorẽ. De
ſolatus ad pium cõſolatorẽ. Reus ad
dei ⁊ hominũ mediatorẽ. Miſer ad mi
ſericordem. Criminoſus ad indulgen-
tie largitorẽ. Mortuus ad viuificatorẽ
Impius ad iuſtificatorẽ. Induratus
ad grẽ infuſorem. Rogãs immẽſe ma-
ieſtatis tue abundantiã, quatinus me
am digneris ſanare infirmitatẽ. Laua
re feditatẽ. Illuminare cecitatẽ. Ditare
paupertatẽ. Ueſtire nuditatem. Redu-
cere erroneũ. Conſolari deſolatũ: recõ-
ciliare reum. Dare miſericordiã miſero
Indulgentiã criminoſo. Uitã mortuo
iuſticationez impio. Unctionẽ gracie
indurato: vt te panẽ angelorꝫ regẽ re-
gum, dñm dominantiũ tractare ⁊ ſu-
ſcipere merear ea corporis caſtitate ⁊ ani

mi puritate: ea cordis cõtritione ⁊ la-
chrimarꝝ fonte: ea leticia ſpũali ⁊ cele-
ſti gaudio: eo timore ⁊ tremore: ea reue
rentia ⁊ honore: ea fide ⁊ hũilitate: eo
ꝓpoſito ⁊ amore: ea deuotione ⁊ grã-
rum actiõe quibus oportet ⁊ decet: ⁊ aie
mee expedit/ ita vt placide ⁊ benigne
ſacrificiũ ſuſcipias de manibꝰ meis ad
ſalutem meã ⁊ omnium fideliũ: tam
viuorum ꝙ̃ mortuorũ. Amen.

¶ Itẽ alia oĩo de eodem.

NE iraſcaris queſo dñe ne iraſca-
ris/ ꝙ ego immũdꝰ/ immũdo corde: ac
pollutus/ polluta mente/ ad ſacroſan
ctum corpus precioſumqꝫ ſanguinem
tuum accedere pſumo. Recordare ob-
ſecro: qꝛ mulierẽ ſanguinis fluxum pa
cientẽ a tactu fimbrie veſtimẽti tui nõ
ꝓhibuiſti. Illã quoqꝫ peccatricẽ flen-
tem ac penitentẽ/ a ſanctorꝝ pedum tu-
orum oſculo/ nõ ꝓiciſti: ita ⁊ me miſe
rum ꝓ innũeris ſceleribus meis a cõi-
one tãti myſterij nõ repellas/ velut in-
dignum. Sed ꝯcede mihi cordis con-

punctionē ⁊ fontē lachrimarꝝ ad ab-
luenda pctā mea: ⁊ ſcelera ac delicta,
vt mundo corde ⁊ pura conſciētia ad
remediū aie mee ⁊ ad remiſſionē om-
nium peccatorꝝ meorum ꝓmerendā:
⁊ ad vitam eternā cum ſctis tuis felici
ter poſſidendā merear accipe corpus ⁊
ſanguinem tuū ⁊ ſpūſancto tuo reple-
ri: ⁊ diuinis affectibus ſp inſtaurari. O
amātiſſime ⁊ mitiſſime deus, da mihi
queſo corporis ⁊ ſanguinis tui non ſolū
ſuſcipere ſacramentū, ſed etiā virtutē
ſacramenti. Ita vt hec ſacramēta cele-
ſtia efficiant̄ mihi ſalus ⁊ vita: da mi-
hi ita de te ſatiari ⁊ inebriari vt nihil p̄
ter te ſitiam ineternū. Preſta mihi ſic
ſuſcipe corpus tuū quod de v̓gine tra
xiſti, vt corpi tuo myſtico merear incor-
porari ⁊ inter eius mēbra ꝯnumerari
Cōcede mihi temetipm̄ quem nūc qui
dem velatū ſuſcipere ꝓpono reuelata
tandē facie contēplari ſaluator mūdi,
qui cū patre ⁊ ſpirituſancto viuis.

¶ Orō poſt ſctām cōionem.

In effabilem miſericordiā tuam

dn̄e iheſu chriſte hūilitet exoro: vt hoc
ſacramentū corporis ⁊ ſanguinis tui
qđ ſuſcepi indignus ſit mihi purgatio
ſcelerū: ſit fortitudo fragilitū: ſit contra
mundi pericula firmamentū: ſit impe
tratio venie: ſit ſtabilimentū gracie: ſit
medicina vite: ſit mēoria paſſiōis tue:
ſit cōtra debilitatē fomitis: ſit viaticū
peregrinatiōis. Euntē me cōducat. Er-
rantē me reducat: reuertētē me ſuſcipi-
at: titubantē me teneat: cadentē me eri
gat: ⁊ perſeuerantē in gloriā introdu-
cat. O altiſſime deus: beatiſſima p̄ſen-
tia corporis ⁊ ſanguinis tui ſic immu
tet palatū cordis mei: vt preter te nullā
vnq̄ ſentiat dulcedinē: nullam amet
pulcritudinē: nulluʒ querat illicitum
amorē: nullam deſideret cōſolationē:
nullam admittat vnq̄ delectationeʒ:
nullu curet honorē: nullā timeat cru-
delitatem. Qui vi. ¶ Seqtur oro bea
ti ambroſij de paſſione dn̄i: quā Ana
ſtaſius papa p̄mus ↄfirmauit: dās ſin
gulis eā dicētib᷒ q̄ngētos dies indul

Dñe ieſu chꝛiſte fili dei gentiaꝝ.
viui·creatoꝛ ⁊ reſuſcitatoꝛ gene
ris hūani. Gracias tibi referrimꝰ: licet
indignas/ſed viuā deuotas ⁊ tibi gra
tas: qꝛ pro nobis miſerrimus de celo
deſcēdiſti ⁊ ex beatiſſima virgine Ma
ria carnē aſſumpſiſti: de ipa quoqꝫ na
ſci voluiſti: pānis fuiſti īuolutus: in
preſepio poſitus: vberibus lactatus:
carne circūciſus: magis manifeſtatus:
⁊ ab ipis adoratus: in tēplo preſenta
tus: in egypto relegatus: ad patriā re
uerſus: parētibus ſubditus: a iohāne
baptizatus: ieiunio q̄terdeno attenua
tus: ter a demone tēptatus: itineribus
fatigatus: vigilijs fame ⁊ ſiti macera
tus: p̄dicando laſſatus: cōpatiendo la
chꝛimatus: a iudeis reprobatus: ſepiꝰ
ab eiſdē iniuriatus: inſtāte vero paſſio
ne tua voluiſti cōſtriſtari ⁊ meſtus eē:
vt verus homo pauere ſimul ⁊ tedere:
poſitis genibus orādo ter in faciē pro
cidere: factus in agonia guttas emitte
re ſanguinis ꝓ ſudoꝛe. A iuda deniqꝫ

fuiſti traditus: ⁊ ab ip̄o fraudulenter
oſculatus: ab impijs iudeis cū impetu
cōp̄henſus: vinculis q̄ſi latro ligā-
tus: ſolus p̄fecto derelict⁹, diſcipulus
metu fugientibus. Ad pontificē annā
adductus, ibidē alapa percuſſus: miſ-
ſus ab ipſo ad cayphā vinct⁹, ⁊ ibidē
multipliciter deriſus: In cōſilio iude-
orum ſtatutus: per falſos teſtes accuſa-
tus: morte turpiſſima condēnatus: ſpu-
tis facie ꝯtaminatus: opprobrijs laceſ-
ſitus: cōtumelijs affectus: colaphis ce-
ſus: palmis iterū percuſſus: multiſ mo-
dis plaſphematus: vinctus pylato tra-
ditus: ad mortē inſtāter accuſat⁹. He-
rodi a pylato miſſus, ibi nihilominus
criminatus: ab herode ⁊ exercitu ſuo
ſpretus. Indutus alba veſte, ad pyla-
tum remiſſus. Nud⁹ ad columnā, iuſ-
ſu pylati, ligatus: vſq₃ ad ſanguinē a-
criter flagellat⁹: ab eodē morti adiudi-
catus: ad crucifigendū militibus tra-
ditus. A q̄bus iterū exutus: veſte pur-
purea indutus: corona ſpinea corona

tus. Arundine pro ſceptro inſignitus: genuflexo ſalutatus: irridenter rex iudeoꝝ nominatus: tercio alapis ceſus. iterū facie conſputus: arundine capite pcuſſus: veſte purpurea exutus: ligno crucis oneratus. Ad paſſionis locū adductus, ibi myrrato vino cuȝ felle potatus: veſtibus ꝓpriis tercio exutus: in cruce demū extenſus. Clauis manus ⁊ pedes cōfixus: ⁊ ſic inter latrones crucifixus: ⁊ cū ſceleratis deputatus. A p̄tereūtibus quoqꝫ ⁊ aſtantibꝰ, pendēs in cruce crudeliter blaſphematus: clamans. Deus meus, deus meꝰ, vt quid dereliqſti me. Tandē ſitiens, aceto potatus: inclinato capite mortuus. A milite lancea latere pforatus, vnde exiuit ſanguis ⁊ aqua. Sero de cruce poſitꝰ. in monumēto a ioſeph ſepultꝰ. Reſurgens tercia die, tuis apparuiſti. Quadrageſimo die celos aſcendiſti. ſedens ad dexterā patris: ꝓmiſſum paraclitū diſcipulis miſiſti. Demū ad iudicium venturus, ſingulis ꝓ meritis, bonū vel

malum es redditurꝰ. Tu dñe iesu chri
ste p has sanctissimas penas tuas: ꝛ p
morté tuam preciosissimã: ꝛ per precio
sissimũ sanguinem tuũ p nobis effu
sum. Atqꝫ per oia alia hic de te pdicta:
per tuã quoqꝫ ineffabilé misericordiam:
ac per preces ꝛ merita beatissime semp
virginis marie: ꝛ omniũ sanctoꝝ tuo
rum me sordidum peccatoré. N. ꝛ oés
parentes meos: fratres ꝛ sorores: ami
cos ꝛ inimicos meos: ꝛ oés pauperes:
tentatos ꝛ desolatos: vinctos ꝛ infir
mos ꝛ oés pro quibus orare teneor:
atqꝫ omné populum christianum a tri
bulationibus ꝛ angustijs eripe: a dya
boli laqueis ꝛ a peccatoꝝ vinculis: at
qꝫ ab omni malo aie ꝛ corporis nos li
bera ꝛ salua: ꝛ ab his nos semp prote
ge. Oés cogitatióes ꝛ actióes nostras
taliter vt tibi sint acceptabiles semper
dispone. Tua gracia ac sctã pace atqꝫ
omni v̾tute nos reple: ꝛ in his vsqꝫ ad
morté perseuerare tribue: bonũ finé vi
te nostre nob̄ ꝯcede: ꝛ nos prenoiatos

viuos poſt mortē: ac de eis iã mortu
os: ꝛ oēs fideles defunctos / ab oibus
penis redime / ꝛ ad celeſtis regni glori
am ſempiternā nos oēs fac miſericor/
diter ꝑuenire. Qui cū patre ꝛ ſpū ſan.

¶ In eleuatiōe corporis chriſti dic orō
nes ſequētes.

Aue verū corpus
chriſti / natū ex maria ỽgine: ve
re paſſum ꝛ immolatū in cruce pro ho
mine: cuius latus ꝑforatum / vero flu
xit ſanguine: eſto nobis ꝑguſtatū mor
tis in examine. O clemēs. O pie. O dul
cis fili marie / miſerere mei. Et da / ſicut
te nunc videre merui in forma panis /
ita cum ad iudicandū veneris: ſecurus
ꝛ gaudens te merear videre in gloria
tue maieſtatis. Amen.

Aue caro chriſti / caro immolata
crucis ara / redemptionis hoſtia: morte
tua nos amara / fac redēptos luce cla
ra / tecū frui gloria. Aue verbū incarna
tum: in altari conſecratū: panis viuus
angeloꝝ: ſalus ꝛ ſpes infirmoꝝ: medi
cina peccatoꝝ. Salue corpus ieſu chri



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0161

ſti/ qđ de celo deſcẽdiſti ⁊ populũ rede
miſti: cũ in cruce pependiſti Jeſu bone
fons pietatꝭ: laus angeloꝝ: gloria ſan
ctorum: ſpes peccatoꝝ/ miſerere nobis
Amen. ¶ Oĩo ſcti Thome de aqno
in eleuatiõe corpis chriſti: vel pꝰ dicẽ
da infra actionẽ

Adoro te deus
te latens deitas/ que ſub his fi
guris vere latitas. Tibi ſe cor meũ to/
tum ſubijcit/ qꝛ te ꝯtemplans totũ defi
cit. Uiſus guſtus: tactus in te fallitur:
ſed auditu ſolo tute creditur. Credo de
quid dixit dei filius: verbo veritatis
nihil verius. Jn cruce latebat ſola dei
tas: ſed hic latet ſimul ⁊ hũanitas: am
bo tñ credens atqꝫ ꝯfitens: peto quod
petiuit latro penitẽs. Plagas ſic Tho/
mas non intueor/ deũ tamen meũ eſſe
ꝯfiteor: fac me tibi ſemꝑ magis crede/
re: in te ſpem hr̃e: te diligere. O memo/
riale mortis dñi/ panis verus vitã pre
ſtãs homini. Preſta mee mẽti de te vi/
uere: ⁊ te illi ſp̃ dulce ſapere. Pie pelli/
cane ihesu dñe me inmundũ munda

tuo ſanguine. Cuius vna ſtilla ſaluū facere totum muudū poſſit omni ſcelere. Jeſu pie quē nunc velatum aſpicio/ qn̄ fiet illud qđ tam ſitio: vt te reuelata cernens facie/ viſu ſim beatus tue glorie. ¶ Jte ſalutatiōes dn̄i noſtri iheſu chriſti: reuelate cuidē deuoto viro: q̄ dū iuxta ꝯſuetudinē ſuam quotidie ſalutaret btām virginē certis orōnibus/ tandē dn̄s ieſus ſibi apparens/ has ſalutationes eū docuit: atq̄ vt eū q̄ttidie ſic ſalutaret/ ammonuit

AUe ieſu chriſte/ verbū patris: filius v̓ginis. Agnus dei: ſalus mundi: hoſtia ſacra: verbū/ caro: fons pietatis Aue ieſu chriſte/ laus angelorꝝ: gloria ſanctorꝝ: viſio pacis: deitas integra: verus homo: flos ꝛ fructus v̓ginitatis. Aue ieſu chriſte/ ſplendor patris. princeps pacis: ianua celi: panis viuus: v̓ginis partus: vas deitatis. Aue iheſu chriſte lumen celi: precium mūdi: gaudium noſtrū: angelorū panis: cordis iubilus: rex ꝛ ſponſus v̓ginis matris.

Aue ieſu chriſte via recta: veritas perfecta premiū noſtrū: charitas ſumma: fons amoris: pax durabilis: requies vera: vita perhennis. ¶ Itē in eleuatiōe

Aue in euū ſanctiſſima ⁊ p̄cioſiſſima caro. Aue in euū ſanctiſſime et precioſiſſime ſanguis dn̄i noſtri ieſu chriſti. Aue ſalutaris victima pro ſalute hūani generis in ara crucis oblata. Aue hoſtia ſufficiētiſſima. Aue refectio delicatiſſima. Aue ihesu chriſte. Aue redēptor mundi: ineſtimabil' gloria omniū electoꝝ qui ꝓ nobis miſeris peccatoribus dignatus es hāc carnem de immaculata v̄gine aſſumere: ⁊ hunc ſanguinem de latere tuo effundere pendens in cruce: emunda nos: ſanctifica nos. Dirige nos in viā ſalutis eterne. Et ſicut in hoc tā ſacro myſterio facta eſt trāſmutatio de pane ⁊ vino ſic nos in te tranſmuta: ⁊ grē apta totaliter ⁊ ꝯforma. Amen.

¶ De corpe chriſti orō deuotiſſima poſt eleuatiōnē dicenda.

Domine ſancte pater/ qui agnuz
immaculatū/ hic tibi offerendū
in ſummi amoris amenitate ſuſcipis:
te ſupplices exoramus/ vt deſideriū no
ſtrum/ igne eiuſdē amoris inflamatū/
cū hac ſacroſancta hoſtia/ in cōſpectu
paternitatis tue digne appareat: ⁊ ob
tineat nobis remiſſionē omnium pec/
catorꝝ ⁊ negligentiaꝝ noſtrarum: ⁊ in
q̄ntum ē poſſibile talem vitā/ q̄lis fuit/
que ea morte terminata ē: cuius in pre
ſenti memoria celebratꝫ. ¶ De eodē.

Oriens ſplendor lucis eterne ⁊
ſol iuſticie/ veni ⁊ illumina me
cognitione miſcḋie tue ⁊ miſerie mee:
⁊ fac in me viciū deperire/ ⁊ omnis bo
ni germen oriri: per deſiderium/ quod
ab eterno habuiſti ad noſtram redem
ptionē/ trahe oīe deſideriū meū in te:
per vinculū amoris/ qđ te tractum de
ſinu patrꝭ ꝯtulit gremio matris/ da vt
inebriet me ignita ⁊ melliflua vis tui
amoris/ que me faciat omniū terreno/
rum funditꝰ obliuiſci/ pre magnitudi/

ne amoris adeo vt ſicut flāma ardens totus candeā in tui amoris deſiderio / qđ nulla creatura poſſit minuere. amē.

¶ Jtē orō in eleuatiōe vel p9: vel ali unde corā ymagine crucifixi dicenda: quā: qui deuote dixerit / tot dies indul gentiaꝝ acqret / qt fuerunt vulnera in corpe ieſu tpe paſſionis eius: que fuerīt ſex mille ſex cēta ꝛ ſexagintaſex. Quas indulgētias dn̄s Gregorius papa ter / cius ꝯtulit ad inſtantiā regine anglie.

P Recor te amantiſſime dn̄e iheſu chriſte / ꝑpter illam eximiā cha / ritatez / qua humanū genus dilexiſti: qn̄ tu celeſtis rex pēdebas in crue cum dei / fica charitate: cū mitiſſima aīa: cum tri ſtiſſimo geſtu: cū turbatis ſenſibus: cū expanſis manibus: cū perſtrepentibus mēbris: cum extenſis venis: cū clamo / roſo ore: cū rauca voce: cum pallida fa cie: cū mortali colore: cum lacrimoſis oculis: cū vertigine cerebri: cū ardenti facie: cū gemebūdo gutture: cū ſitibū / dis deſiderijs: cū amaro guſtu fellis:

cū inclinato capite: morte obuiāte cū diuiſione corpis ⁊ anime: cū tranſuerberato corpore: cū tranſfixo corde: cū ſanguineis vulnerib⁹: cū defluentib⁹ riuis: cū origine viuentis fontis. In ea charitate p̄cor te piiſſime dn̄e iheſu qua tuum amoroſum cor ſcindebatur vt ſis mihi placabilis ſup multitudinem peccatoꝝ meorum: ac bonū ⁊ ſanctum finē vite mee: necnon gratioſam letā꜀ꝫ reſurrectionē mihi ꝓpter largiſſimam miſericordiā tribuere digneris Qui vi.

¶ De paſſiōe ieſu chriſti: ⁊ de ſeptē verbis vltimis orō.

Salue ieſu patrē in hora neceſſitatis inuocās. Salue ieſu p crucifixoribus tuis orās. Salue ieſu latroni paradiſi gaudia p̄mittens. Salue ieſu matrem diſcipulo dilecto cōmittens. Salue iheſu amorē noſtrum te ſitire exclamans. Salue ieſu cōſumatū eſſe opus amoris atteſtans. Salue ieſu voce magna ſpiritū in manus p̄ris cōmendās. Salue ieſu charitatē excellentiſſimā

circa nos tua morte demõſtrans. Salue ieſu/ vita ſpirit⁹ mei/ cũ clamore valido expirãs. O mira circa nos tue pietatis dignatio. O ineſtimabilis dilectio charitatis: vt ſeruũ redimeres/ teipſum amantiſſime ieſu in morte turpiſſimã tradidiſti. O preualens charitas. Amẽ

Eya rubens roſa flagrantiſſime charitatis/ obſecro te ꝑ virtutẽ amoris/ qui tuã nobiliſſimam aiam a tuo corpore ſeparauit. Da mihi amorẽ qui me/ totũ liquefactũ in memoria ꝑcioſe ⁊ amoroſe mortis tue/ tecũ vniat in ſeparabili ⁊ felici vnione Eya ihesu meũ deſiderabile bonũ/ da vt tua ſaluberrima mors viuificet me/ ad vitam tibi plene laudabilez/ in tue amoroſe mortis recõpenſationẽ. Jheſu corona eterne iocũditatis: per gaudiũ/ quod in paſſione tua ſanctiſſima aĩa habuit de hũana redẽptione/ intrahe tibi cor meũ ⁊ animam meã: vt extra te nunꝗ̃ in aliqua creatura/ vel ad modicũ valeaz delectari. Eya ieſu ꝑcordialiſſime

da mihi intentionē/ que te in oībus ⁊ ſuper oīa laudet p tua amariſſima paſſione. Eya ieſu ſuauiſſime da mihi deuotionē/ que tuam in oībus laudabiliſſimam perficiat voluntatē. Amen.

¶ De paſſiōe christi oīo ad patrem.

Dn̄e ſancte pater/ ꝓpter tuā largitatem ⁊ filij tui paſſionē/ qui ꝓ me ſuſtinuit mortē: ⁊ per matris eius excellentiſſimā ſanctitatem: ⁊ omniuꝫ ſanctoꝝ merita/ cōcede mihi peccatori indigno omni tuo beneficio frui: vt te ſolum diligā: tuo ſemper amore ferueam: tuum ſemper honorē ſitiam: beneficiūqꝫ paſſionis filij tui/ cōtinue in corde habeam. meā miſeriaꝫ recognoſcā ⁊ ab oībus ꝯtemni ⁊ ꝯculcari cupiaꝫ: nihil me afficiat niſi tu: nihil me cōtriſtet niſi culpa. Amen. ¶ Itē de paſſione christi oīo ad filiū

ODn̄e ieſu chriſte/ cor meū tuis vulneribꝰ ſaucia: ⁊ mentē meam tuo ſanguie inebria/ vt quocūqꝫ me vertā ſemꝑ te videā crucifixū: ⁊ quicquid aſpexero mi-

bi appareat tuo ſanguine rubricatū: vt
ſic totus in me intēdens / nihil valeam
preter te inuenire: nihil niſi tua vulne
ra valeam intueri. Hec mihi ꝯſolatio
ſit / tecū mi dn̄e vulnerari: hec mihi in
tima ſit afflictio / ſine te aliqđ meditari
nō quieſcat cor meū bone ieſu / donec
te inueniat centrū ſuū / vbi cubet: vbi
ſuū terminet appetitū. Amē. De eodē.

T Rāſfige dulciſſime ieſu medul
las aīe mee / ſuauiſſimo ac ſalu
berrimo amorꝭ tui vulnere: viſcera aīe
mee / vera / ſuperna applica charitate:
vbi langueat ⁊ liqueſiat aīa mea: ſolo
ſemp amore ⁊ deſiderio tui / ꝯcupiſcat
⁊ deficiat aīa mea in atria tua: cupiat
diſſolui ⁊ eſſe tecū: da vt aīa mea te ſo
lum eſuriat panem angeloꝝ: refectio
nem animaꝝ ſanctarū· panem noſtrū
quottidianū ſuperſubſtantialē / habē
tem omnem dulcedinē ⁊ ſaporem / ⁊
omne delectamentū ſuauitatis: te / in
quē deſiderant angeli ꝓſpicere / ſp eſu
riat ⁊ comedat cor meū: ⁊ dulcedine ſa

poꝛis tui repleant viſcera aīe mee. Te ſemper ſitiat fontē vite: fontem ſapientie: fontē ſcientie: fontē eterni luminis toꝛrentē voluptatis: vbertatem dom⁹ dei: te ſemper ambiat: te querat: te inueniat: ad te tēdat: ad te perueniat: te meditetur: te loquaꝛ: ⁊ oīa opereꝛ in laudem ⁊ gloꝛiam noīs tui cū humilitate ⁊ diſcretione: cū dilectione ⁊ delectatione: cū facilitate ⁊ affectu: cū perſeuerantia vſqꝫ in finē: ⁊ tu ſis ſolus mihi ſemper ſpes mea: tota fiducia mea: diuicie mee: delectatio mea: iocunditas mea: gaudium meū: qui es tranqͥllitas mea: pax mea: ſuauitas mea: odoꝛ meus: dulcedo mea: cibus meus: refectio mea: refugium meū: auxilium meū: ſapientia mea: paſſio mea: poſſeſſio mea theſaurus meus/ in quo fixa ⁊ firma ⁊ immobiliter ſemper radicata ſit mens mea ⁊ coꝛ meū. Am̄.

¶ De ſingulis articulis paſſiōis ieſu chꝛiſti oꝛo multū deuota.

Aue ieſu ſplendoꝛ paterne glīe floſculus fecūditatis virgi

nec:patriarchis ꝓmiſſus:a ꝓphetis p̄-
dictus:a iuſtis deſideratus:in ſalutem
omniū expectatus:v̓gini marie per ga
brielem archangelū nunciatus.de ſpi
rituſctō ꝯceptus:verus deus ⁊ homo
natus:pānicutis inuolutus:in p̄ſepio
reclinatus:paſtoribus euelatus:a ma-
gis adoratus:legaliter circūciſus:in tē
plo preſentatus:a iohāne baptiſatus:
ab hoſte tentatus:clarēs miraculis:cū
palmis ſuſceptus a turbis: cenās cum
diſcipulis:⁊ corpus ſanguinē ꝗ tuum
ſacratiſſimū tradens eis: a iuda tradi-
tus ⁊ venditus: ſanguineo ſudore per
fuſus: ab hoſtibus captus: ab oībus
amicis derelictus:diris nexibus aſtri-
ctus:anne ⁊ cayphe p̄ſentatus:facie ve
latus: colaphis ⁊ alapis ceſus: ſputo
fedatus:opprobrijs ſaturatus. pylato
p̄ſentatus:ab herode ſpretus ⁊ illuſus
linguis iudeoꝝ crucifixus.dire flagel-
latus.purpura deriſus.ſpinis corona-
tus. baiolans ſibi crucē/tanꝗ latro cū
pugnis ⁊ fuſtibus ad mortē ꝓpulſus:

ſpeculū contumelie factus: nudatus. diris clauis crucifixus. oībus mēbris diſtētus. inter latrones deputatus. deſpectus ⁊ blaſphematus. Nouiſſimus virorum ⁊ q̄ſi leproſus viſus. patrem inuocans. ꝓ tranſgreſſoribus orās. latroni paradiſum ꝑmittēs. matri filiū prouidens. ſitim exclamās. cōſummatum opus amoris atteſtās. felle potatus. in morte pallidus ſpm̄ patri commendans cū clamore valido expirās. lancea ꝑforatus. de cruce deposit⁹. ab amicis lamētatus: ⁊ ſepultus: a morte reſurgens ⁊ victor ad celū aſcendens ac ſpiritumſctm̄ paraclitū/ eccleſie ſpōſe tue/ in ſignū ꝑfecti amoris tranſimittens Et ideo ego minimū membꝛ ſanguine tuo redemptū ⁊ tocius vniuerſitatis ſalutē affectans/ amplector te: et ſic in amore tuo/ q̄ te ad ſingula perferenda coegit/ ſingula tua vulnera deoſcꝛlor/ orās/ vt colloces te altiſſimū mirrhe faſciculū inter vbera aīa mee. Amē.

Itē poſt eleuationē dic orōnem ſe

quentem. Et notandū ꝙ quicūq̧ inter eleuationē corporis christi ⁊ terciū agnꝰ dei eā deuote dixerit/ ꝯſeqˉtur indulgē tiam vigintimiliū dieꝝ/ ꝯceſſam a domino Innocētio papā ſexto/ ad ſupplicationem philippi regis francie.

Domine ieſu chriſte qui hāc ſacratiſſimam carnē de glorioſa virgine maria aſſumpſiſti: ⁊ hunc ꝓcioſum ſanguinē de ſanctiſſimo latere tuo in ara crucis ꝓ ſalute nr̄a effudiſti: et in eadē glorioſa carne a mortuis reſurrexiſti: et ad celos aſcēdiſti: ⁊ iterum vēturus es iudicare viuos ⁊ mortuos in eadem carne libera nos/ per ſacratiſſimū corpus tuum qđ in altari tractat̄/ ab omnibus immūdicijs mentis ⁊ corpis: et de vniuerſis malis ⁊ periculis/ ꝑteritis p̄ſentibus ⁊ futuris. Qui cum deo.

¶ Dormituro dicēda ē hec oro.

O Ieſu dulciſſime. Ieſu pater dilectiſſime: tu mecū queſo maneas: hac nocte mecū dormias: vt corpꝰ ſomnū capiat: ⁊ nūq̄ꝫ cor obdormiat/ ſed ſem

per ad te vigilet: ꝛ te preſentē videat: ꝛ
omne malū caueat. Me angelus cuſto
diat: ꝛ ſignū crucis muniat. Hinc ſa
than ꝑcul fugiat: ꝛ ieſus ſolus mane
at: quos amo tecū colligas: in lecto cor
dis foueas: nec me nec ipſos deſeras
ſed benedicens ꝓtegas: ꝛ in euum cu
ſtodias. Amen. ¶ Oꝛo mane dicēda ad cor Jeſu.

mini noſtri ieſu xp̄i pro nob̄ lachꝛimis
perfuſi. Saluete nobiliſſime aures do
mini noſtri ieſu xp̄i: pro nobis cōtume
lijs ꝛ oppꝛobꝛis affecte. Salue ſacratiſ/
ſimū os gutturq̨ ſuauiſſimū domini
noſtri ieſu xp̄i pro nobis felle ꝛ aceto
potatū. Salue facies pulcherrima/an

gelis hominibusq; desideratissima do-
mini nostri iesu xpi: p nobis consputa
ab impijs alapisq; cesa Salue humile
collum domini nostri iesu xpi: pro no-
bis indignis colaphisatū: dorsumq;
sanctissimū flagellatuz. Saluete vene-
rabiles manus brachiaq; domini no-
stri iesu xpi pro nobis in cruce extensa.
Salue mitissimū pect⁹ domini nostri
iesu xpi pro nobis in passione ꝯturba-
tum. Salue mundissimū cor domini
nostri iesu xpi pro nobis lācea militis
perforatū: vnde exiuit sanguis ⁊ aqua
pro redemptiōe nostre salutis. Salue-
te venerāda genua domini nostri iesu
xpi pro nobis ad oratione flexa. Salue-
te adorandi pedes dn̄i nostri iesu xpi:
qui pro nobis clauis affixi. Salue to-
tum corpus domini nostri iesu xpi: p
nobis patipulo cruci vulneratū: mor-
tuum ⁊ sepultum. Salue sacer ⁊ p̄cio-
sissime sanguis domini nostri iesu xpi
pro nobis miseris pc̄tōribus de latere
eius ac de toto corpe large manās. Di-

lue obſecro cuncta crimina nr̄a ⁊ non ſinas perire: pro quorum effuſus es redemptione. O bone ieſu per hec ſacratiſſima membra tua ⁊ piiſſimā paſſionem tuam da mihi in tribulatione auxilium: in perſecutiōe ſolatium: in omni tempore tentatiōis virtutem: da mihi queſo de preteritis malis veniā: de preſentibus emendationē: de futuris largiri digneris cuſtodiam. Qui.

Ad arma chriſti ſalutatio.

O Cruci clauis corone ſpinee flagellis ſacroq; ferro lancee honorē impendamus: hec ſunt em̄ vexilla regia per que corone gaudia perpetue ſperamus. ℣. Adoramus te xp̄e ⁊ benedicimus tibi. Quia per ſanctā crucem tuā redemiſti mundum. Oratio.

DEus q̄ diuerſaꝝ penarum tuaꝝ inſigniis ſignatis paſſiōis tue victoriā nobis demonſtraſti: concede ꝓpicius ita nos ſacratiſſime paſſiōis tue arma venerari vt inſignia ſignata penarum eternarū per tui ſacri ſanguinis effuſi

one in nob miſericorditer deleat. Quȷ

¶ Notandū ꝙ quicūꝗ arma paſſionis chriſti deuote intuet: eademꝗ veneratur: ſi de peccatis ſuis vere cōfeſſus fuerit ⁊ contritus: habebit tres annos indulgentiaꝝ a Leone papa et a xxx ſummis pōtificibus: a quolibet cētum dies: ⁊ a centū ⁊. xxviij. Epis a quolibet eorū. xl. Quas indulgentias cōfirmauit Innocētius. iiij. in conſilio lugdunenſi: ⁊ addit ad hec ducētos dies.

¶ Sequunt nunc quindecim orōnes de paſſione dn̄i reuelate ſante Birgite regine ſuetie deuotiſſime mulieri. cum eſſet Rome recluſa apud ſanctum paulum. Cū enim diu ſcire deſideraſſet numerum vulneꝝ dn̄i ieſu: quadam die apparuit ei dn̄s dicens corpis mei vulnera tot erāt ſcʒ quinꝗ milia quadringenta ⁊ octoginta: que ſi veneratione aliqua ꝓſequi volueris. xv. pater noſter ⁊ totidē aue maria dices quotidie per annum integrū: ſicꝗ reuoluto anno vnū quodꝗ vulnus venerabiliter

ſalutaſti: eaſq̃ docuit ſequentes oratio
nes ad vnū quodq̃ pater nr̄ vnā oratī
onem adijciēs: q̄ quicunq̃ per circulū
anni vnius. eaſdem orōnes deuote fre
quētauerit/ de eius ꝓgenie. xv. die de
purgatorio liberabunt. ⁊ q̄ndecim iu
ſti eiuſdē progeniei in bono ſtatu ꝯfir
mabunt ⁊. xv. pctōres adhuc in mun
do exiſtentes ꝯuertent ⁊ cū hoc ipſe cō
ſequitur gradiū perfectionis ⁊ agniti
onem ⁊ amarā ꝯtritionem omniū pec
catorum. Dn̄s quoq̃ addidit/ eidē qui
has orōnes ꝯpleuerit dabo ſanctiſſi
mum corpus meū: ante obitū eius per
xv. dies vt ꝓpter hoc liberet ab eterna
eſurie: ⁊ p̄cioſo ſanguine meo potabo
eum ne ſitiat ineternū. Signumq̃ vi
ctorioſiſſime crucis mee ponā ante euꝫ
in ſubſidium cōtra omnes inimicos.
Et ante eius obitū veniam ad eum cū
dilecta genitrice mea v̓gine maria/ ad
animā eius benigne ſuſcipiendam: et
ducam ad gaudia eterna: ⁊ cū eum il
luc perduxero propinabo ei ſingularē

hauſtū de fonte ⁊ calice deitatis mee· quod alijs non faciam qui hanc orati onem non cōpleuerint. Multaſqꝫ alias adiunxit prerogatiuas ⁊ gratias quas enarrare longum eſſet.

¶ Oratio prima.

O Jeſu chriſte eterna dulcedo te amantium/ iubilus excedēs omne gaudium et omne deſideriū/ ſalus ⁊ amator pctōꝝ: qui delicias tuas teſtatus es eſſe cū filijs hominum: ꝓpter hominē homo factus in fine temporum: memēto omnis premeditationis ⁊ intimi meroris quem in humano corpe ſuſtinuiſti/ inſtante ſaluberrime paſſiōis tue tempore in diuino corpore p̄ordinate. Memēto triſticie ⁊ amaritudinis quā in animo: te ipo teſtāte habuiſti: qn̄ in vltima cena diſcipulis tuis corpꝰ ⁊ ſanguinē tuum tradidiſti: pedes eoꝝ lauiſti: ⁊ dulciter eos conſolando/ imminentē paſſionē predixiſti. Memēto omnis timoris an/

guſtie ⁊ doloris: quem in tuo corpore delicato ante paſſionē crucis tue pertuliſti: quando poſt trinā orationem ⁊ ſanguineū ſudorem tradebaris a iuda diſcipulo tuo ⁊ ab electa gente capiebaris: a falſis teſtibus accuſabaris: a tribus iudicibus iniuſte iudicabaris: in electa ciuitate in paſcali tēpore in florida corporis iuuentute innocēter dānabaris: veſte propria exuebaris: veſtibus alienis induebaris: colaphizabaris oculis ⁊ facie velabaris: alapis cedebaris ad columnā ligabaris: ſpinis coronabaris arundine in capite feriebaris ⁊ innumerabilibus alijs calūnijs lacerabaris. Da mihi queſo / ob memoriam harum ante crucem tuam paſſionum / verā ante mortem meam cōtritionem purā confeſſionem: dignā ſatiſfactionem: ac omniū peccatorum meorum remiſſionē. Pater noſter Aue.

Oratio ſcđa.

O Jeſu / mundi fabricator: quem nulla dimenſio vo termino metit: qui terrā pal

mo cõcludis: recordare amariſſimi do-
loris quē ſuſtinebas / cum ſanctiſſimas
manus tuas ad crucem obtuſis clauis
primo affixerunt: ⁊ ad perforandū de-
licatiſſimos pedes tuos: cuꝫ non eſſes
cõſentiens voluntati eoꝝ: dolorem ſu-
per dolorē vulneribus tuis addiderūt:
⁊ ita crudeliter deſtruxerūt ⁊ extende-
runt in longū ⁊ latum crucꝭ tue / vt diſ-
ſoluerentur cõpages membroꝝ tuorū
deprecor te per hmōi ſacratiſſimi ama-
riſſimiq; in cruce doloris memoriā: vt
des mihi timorem ⁊ amorē tuum. Pa-
ter noſter. Aue maria. Orõ. iij.

O Jeſu / celeſtis medice: recordare
languoris liuorꝭ ⁊ doloris: quos in al-
to crucis patibulo leuatus / paſſus es /
in omnibus dilaceratꝭ membris tuis:
quorum nullū in ſua ſtatu recte ꝑmā-
ſerat: ita vt null⁹ dolor ſimilis tuo do-
lori inueniretur: quia a plāta pedis vſ-
q; ad verticem capitis nō fuit in te ſani-
tas: ⁊ tamen omniū dolorum imme-
mor: patrem ꝑ inimicis ꝑexoraſti di-

cens. Pater ignoſce illis: quia neſciūt quid faciunt: per hanc miſericordiā & ob memoriā illius doloris ꝯcede vt hec memoria paſſionis tue amariſſime ſit omniū peccatorum meoꝝ plena remiſſio. Amen. Pater nr̄. Aue. Oro. iiij.

O Jeſu vera libertas angeloꝝ: paradiſus deliciaꝝ: memēto meroris & horoꝛis: q̄s ſuſtinebas cū omnes inimici tui q̄ſi leones ferociſſimi te circumſteterāt & colaphizatiōibus: ꝯſputionibus: vngulatiōibus ceteriſq; inauditis penis: te moleſtauerant: & per oīa ꝯtumelioſa v̄ba duriſſimaq; tormenta dn̄e ieſu xp̄e: quibus te oēs inimici tui affecerūt: deprecor te: vt liberes me ab oibus inimicis meis viſibilibꝰ & inuiſibilibꝰ & dones me ſub vmbra alarum tuaꝝ protectionē ſalutis eterne inuenire. Pater noſter. Aue maria.

Oratio. v.

O Jeſu ſpeculū claritatis eterne: memēto illius memorie: quā habuiſti quando in ſpeculo sereniſſime maieſtatis tue cōſpexiſti

predeſtinationē electorum tuorū per merita tue paſſionis ſaluandorꝫ: ꝛ reprobationem per malorꝫ multitudinē Et per abyſſum miſerationis tue: quā nobis perditis peccatoribus ꝛ deſperatis tunc cōdoluiſti. Et precipue quā latroni in cruce exhibuiſti dicens. Hodie mecum eris in paradiſo. Rogo te pie iheſu facias mecū miſericordiā in hora mortis mee. Pater noſter Aue.

O Iheſu rex amabilis Oratio. vi. O vnice amice totus ꝛ deſiderabilis. Memēto illius meroris quē habuiſti quādo nudus ꝛ miſerabilis in cruce pependiſti: et oēs amici et noti tui aduerſuꝫ te ſteterūt ꝛ nullū ꝯſolamē inueniebas: ſed ſolū dilectam genitricem in amaritudine anime tue tibi fideliſſime aſtantē: quam diſcipulo tuo cōmendaſti dicens. Mulier ecce filius tuus. Rogo te pie ieſu per gladiuꝫ doloris qui tunc animā pertranſiuit vt cōpaciaris mihi in omnibus tribulatiōibus ꝛ afflictionibus meis corporali-

bus ⁊ ſpiritualibus: ⁊ da mihi cõſola
tionem in tempore tribulationis mee.
Pater noſter. Aue maria. Oratio. vii.

O Jeſu fons inexhauſte pietatis
qui ex intimo affectu in cruce
dixiſti. Sitio ſcilicet ſalutẽ hu-
mani generis: accende queſumus no-
ſtrum deſiderium ad omne opus per-
fectum: ⁊ ſitim carnalis cõcupiſcentie
⁊ eſtum humane delectationis in no
bis penitus refrigera ⁊ extingue. Pa
ter noſter. Aue maria: Oratio. viii.

O Jheſu dulcedo cordiũ: ingenſ-
q̃ ſuauitas mentiũ per amari-
tudinem aceti ⁊ fellis quam ꝓ
nobis ſuſtinuiſti ⁊ deguſtaſti in hora
mortis noſtre: cõcede corpus ⁊ ſangui
nem tuum digne percipere ad remedi-
um: ⁊ conſolationem animarũ noſtra
rum. Pater nr̃. Aue maria. Oĩo. ix.

O Jeſu regalis virtus: iubiluſq̃
mentalis. Memento anguſtie
⁊ doloris quem paſſus es quã
do pre mortis amaritudine ⁊ iudeorũ

inſultatione/cũ magna voce a deo pa
tre te derelictũ clamaſti dicens. Deus
meus deus meus: vt q̃d me dereliqui/
ſti: per hanc anguſtiã peto te vt in an/
guſtijs noſtris non derelinquas nos
dñe deus nr̃. Pr̃. Aue. Orõ. x.

O Jeſu alpha ⁊ o: vnio ⁊ v̇tus in
oĩ medio recordare ꝙ a ſũmo
capitis vſq; ad plantã pedis te ꝑ nob
in aqua paſſionis tue dimerſiſti: ꝓpter
latitudinẽ ⁊ longitudinẽ vulnerꝝ tuo/
rum doce me: per verã charitatẽ latuꝫ
mandatũ tuum nimis/ in pctis dimer
ſum. Pater no. Aue. Orõ. xj.

O Jeſu abyſſus ꝓfundiſſime mi/
ſcḋie Rogo te ꝓpter ꝓfundita
tem vulnerũ tuorum: que tranſiert car
nis tue medullã oſſiũ ac viſcerũ tuorꝝ:
vt me ſubmerſum in peccatis emergas:
abſcondaſq; me in foraminib⁹ vulne
rum tuorꝝ a facie ire tue donec ꝑtranſe
at furor tu⁹ dñe. Pater nr̃ Aue.

O Jeſu vitatis ſpecu Oratio. xij
lum ſignum vnitatis: charitatis

vinculū: memēto innumerabiliū vulnerum tuoꝝ multitudinē: q̄bus a summo capitis vſq; ad imū pedis vulneratus fuiſti: ⁊ ſctiſſimo ſanguine tuo rubricatus: quā multitudinē doloris in virginea carne ꝑtuliſti ꝓ nobis. Pie ieſu qd vltra debuiſti facere q̄ð non feciſti? Scribe queſo pie ieſu oīa vulnera tua in corde meo p̄cioſiſſimo ſanguīe tuo: vt ī illis legā dolorem tuū ⁊ amorem ⁊ in grārum actiōe vſq; in finē iugiter pſeuerem. Pater nr̄. Aue.

O Jheſu leo fortiſſime rex immortalis ⁊ iuictiſſime Oratio. xiij. Memento doloris quē paſſus es: cum oēs vires cordis ⁊ corpis tui tibi penitus defecerunt: ⁊ inclinato capite conſummatū eſt dixiſti. Per hanc anguſtiam ⁊ dolorē miſerere mei in vltima cōſummatiōe exitus mei: cū anima mea anxiata: ⁊ ſpūs meus ꝯturbatus fuerit. Pater noſter Aue.

O Jeſu vnigenite altiſſime patris ſplēdor ⁊ figura ſubſtantie eiꝰ

Meme̅to obnixe co̅mendationis qua patri ſpiritum tuu̅ commendaſti dice̅s In manus tuas commendo ſpiritum meum. Et lacerato corpore: rupto corde cum valido clamore. patefactis viſceribus miſericordie tue pro nobis redimendis. expiraſti. Per hanc p̄cioſiſſiman mortem: precor te rex ſanctorum. conforta me ad reſiſtendum dyabolo: mu̅do carni ⁊ ſanguini vt mu̅do mortuus tibi viuam: ⁊ in nouiſſima hora exitus mei reuertentem meum ſpiritu̅ exulem ⁊ peregrinu̅ ſuſcipe ad te. Pater noſter. Aue maria. Oratio xv.

O Jeſu vitis vera ⁊ fecunda. Memento ſuperfluentis ⁊ abunda̅tis effuſionis ſanguinis tui quem tu ſicut de botro expreſſo copioſiſſime effudiſti quando in cruce torcular ſolus calcaſti: ⁊ lancea militari perfoſſo latere. nobis ſanguinem ⁊ aqua̅ propinaſti: ita vt nec minima gutta in te remaneret: tunc demum quaſi mirre faſciculus in altum ſuſpenſus fuiſti:

⁊ delicata caro tua euanuit ⁊ liquor viſcerum tuorum exaruit: ⁊ medulla oſſium tuorū emarcuit. Per amariſſimā paſſionem: ⁊ precioſi ſanguinis tui effuſionem, pie ieſu precor te: ſuſcipe animam meam in agone mortis mee. Pater noſter. Aue maria. Oratio. xvi.

O Dulcis ihesu vulnera cor meū vt penitentie ⁊ amoris lachrime ſint mihi panes die ac nocte: ⁊ conuerte me totaliter ad te vt cor meum tibi perpetuo fiat habitabile: ⁊ conuerſatio tibi placita ſit ⁊ accepta: ac finis vite mee ita laudabilis vt poſt huius vite terminum te merear laudare cum ſanctis tuis omnibus ineternū Amen. ¶ Ité poſt quelꝫ pater noſter ſemper dic orationē ſequentem

DOmine ieſu christe fili dei viui. Suſcipe hác orationem in amore illo ſuperexcellenti, in quo omnia vulnera tui ſacratiſſimi corporis ſuſtinuiſti: ⁊ miſerere mei famuli tui. N. et omnibus peccatoribus cunctiſqꝫ fidelibus

tam viuis q̄ defunctis: da misericordi-
am gratiam ⁊ remissionē ⁊ vitam eter
nam. Amen. ¶ Salutatio vulnerū.

O Salutifera vulnera dulcissimi amatoris mei iesu xp̄i. Saluete ſaluete: ſaluete. Jn omnipotentia pa-
tris q̄ vos dedit: in ſapiētia filij qui in
vobis ſustinuit: in benignitate ſpiritus
ſancti q̄ in vobis opus noſtre redem-
ptionis perfecit. Amen.

¶ Sequuntur nunc orationes quinque de quinque gaudijs dñice resurrectionis: quas quicunque deuote legerit maximã a domino consequitur gratiam: prout reuelatũ fuit sacre virgini Mechtildi.

Gaudo: adoro: magnifico glorifico et bñdico te iesu bone i illo ineffabili gaudio qd habuisti: qñ tua beata hũanitas in resurrectiõe glorificationẽ suscepit a pr̃e diuine clarificatiõis: et in se oĩbus electis glorificationẽ electam in sua diuinitate tribuit: p illud ineffabile gaudiũ: rogo te amãtissime dei et hominũ mediator: vt eandẽ quam mihi tũc dedisti claritatem tua grã conserues illesam in die iudicij cũ gaudio assumendã.

Gaudo: adoro: Scdm gaudiũ. magnifico: glĩfico et benedico te iesu bone: in illo ineffabili gaudio qd habuisti qñ charitas inestimabilis: q te in mũdũ de sinu prĩs supsplẽdẽtis deposuit: et subiacere fecit oĩb9 penis et mi

ſerijs in reſurrectiõe tua omnia mẽbra tua repleuit honore ⁊ gaudio incõparabili: ſicut in cruce repleuerat dolore intolerabili: per illud ineſtimabile gaudium: rogo te amãtiſſime dei ⁊ hominum mediator: vt dones mihi lumen intellectus ⁊ cognitionẽ anime vt ſciã quid acceptũ ſit coram te omni tẽpore

Gaudo: adoro **Terciũ gaudiũ.** magnifico: glorifico: ⁊ benedico te ihesu bone, in illo ineffabili gaudio: qđ habuit tua ſanctiſſima anima qñ in ſe precium ⁊ pignus eterne redẽptionis cũ copioſa multitudine omnium beatarũ animarum ex inferni clauſtris cũ ineſtimabili gaudio proſequẽtium, deo patri pſentauit: per illud ineſtimabile gaudiũ rogo te amãtiſſime mediator dei et hominum vt in hora mortis horrende, ſis anĩe mee ꝓtector ⁊ defenſor ꝯtra hoſtiũ incurſus horribilium: ⁊ ſis aĩe mee pignus ſufficiens ⁊ precium pſoluens omne debitũ meum: ⁊ placa mihi tunc deũ patrem iu-

dicem̄ equiſſimū ⁊ ſtrictiſſimuꝫ: cuius iram nemo ſufferre queat/ niſi mediante te. Idcirco queſo te: ꝑduc me cū gaudio ⁊ leticia ante ꝯſpectū diuini patris tui celeſtis.

Quartū gaudiū.

LAudo: magnifico: adoro: glorifico: ⁊ bn̄dico te ieſu bone/ in illo ineffabili gaudio: qđ habuiſti qn̄ a deo pr̄e data ē tibi plena ptās remunerādi ditandi ⁊ honorādi/ ſm̄ liberalitatis tue magnificentiā omnes ꝯmilitones ⁊ amicos tuos/ quos tā glorioſo triūpho de tyrānica ptāte liberaſti: ꝑ illud ineffabile gaudiū rogo te amātiſſime mediator dei ⁊ hominū: fac me participem omniū laborum tuoꝝ ⁊ operū: ⁊ tue gl̾ioſe mortis ac beatiſſime paſſi-

Quintū gaudiū.

LAudo adoro: magnifico: gl̾ifico ⁊ benedico te iheſu bone/ in illo ineffabili gaudio qđ habuiſti/ qn̄ deus pater donauit tibi om̄s amicos tuos in eternā hereditatē poſſidendos: ⁊ impleta eſt illa benigniſſima petitio ⁊ placidiſſi-

ma volūtas tua: q̄ dixiſti volo vt vbi ego ſim illic ſint ꝛ miniſtri mei: vt omne gaudiū ꝛ omne bonū quod tuipſe es/ipſorū eſſet ſine fine: per illud ineffabile gaudiū rogo te amātiſſime mediator dei ꝛ hominū: dones mihi illō beatiſſimum omniū electorum tuorū conſortiū/vt te habeam vna cū eis vnicum gaudiū ꝛ omne bonū nunc hic ꝛ ineternū. Amen.

¶ Subſcripte tres ōrones habent̄ rome in quadā capella que dr̄ ſancte crucis ſeptē romanoꝝ quas q̄ deuote dixerit maximas ꝛ pene infinitas conſequit̄ indulgētias vt ibidem ſcriptū reperit̄. Oratio.

Domine ieſu criſte: ego miſer peccator rogo ꝛ ammoneo te ꝑ tua nobili humanitate in cruce mortua: ꝛ pro honore illius gaudij: quod habuiſti: quando vidiſti ꝙ omnē anguſtiam tuam ſuperaueras: ꝛ omne humanū genus redemeras tua morte. Et rogo te vt liberes me ab omnib⁹ immūdicijs in hora mortis mee. Pater noſter Aue.

DOmine ihesu xp̄e ſaluator ꝛ redemptor tocius mūdi. Rogo ꝛ ammoneo te illius gaudij qđ habuerunt dilecti tui amici intra clauſtra inferni: quando ſe viderunt redemptos tue diuinitatis potētia. Et ꝓpter gaudium qđ habuiſti: quando vidiſti quod operari volebas qđ nemo operari poterat. Et rogo quatenus tue diuinitatiſ potentia in me deleas omnē carnalez voluptatez: ꝛ dona mihi vt ſuper omnem creaturam te diligā. Pater noſter Aue maria.

DOmine ieſu rogo ꝛ ammoneo te illius gaudij qđ dilecta mater tua habuit qn̄ ei apparebas in illa ſacratiſſima nocte paſce: ꝛ ꝑ gaudium quod habuiſti qn̄ te vidiſti glorificatū diuinitatis potētia in claritate: quatinus me illumines ſeptē donis ſp̄uſſancti vt tuam voluntatē implere valeam diebus vite mee. Amē. Pater nr̄. Aue.

¶ Oro ſequēs edita eſt ꝑ dn̄m Johannem papā. xij. q̄ ꝯceſſit oībus eam de-

note dicētibus inſpiciendo faciē criſti
decem milia dieꝝ indulgētiaꝝ: ⁊ ſi qs
eam ignorauerit dicat qnqꝫ pr̄ noſter

SAlue inſpiciendo veronicam.
ſctā facies nr̄i redēptoris: in qua
nitet ſpecies diuini ſplēdoris: impreſſa
pāniculo niuei cādoris: dataqꝫ veroni
ce ſignū ob amoris. Salue decus ſecu
li ſpeculū ſanctoꝝ: quod videre cupi-
unt ſpiritus celoꝝ: nos ab omni macu
la purga vicioꝝ: atqꝫ nos cōſortio iun-
ge beatorum. Salue vultus dn̄i ymia-
go beata: ex eterno munere mire decō-
rata: lumen funde cordibus ex vi tibi
data: ⁊ a noſtris ſenſibus tolle caliga-
ta. Salue robur fidei noſtre xp̄iane: de
ſtruens hereticos q̄ ſunt mentis vane:
horum auge meritū qui te credunt ſa-
ne illius effigie q̄ rex fit ex pane. Salue
nr̄m gaudium in hac vita dura: labili
⁊ fragili cito peritura. nos deduc ad
ꝓpria o felix figura: ad videndum faci
em que eſt chriſti pura. Salue gemma
nobilis vera margarita: celicis virtu-

tibus perfecte munita: nō depicta ma-
nibus ſculpta vel polita: hoc ſcit ſum-
mus pontifex qui te fecit ita. Ille color
celicus qui in te ſplendeſcit: in eodem
permanet ſtatu nec decreſcit: diutur-
no tēpore minime paleſcit: fecit te rex
glorie fallere qui neſcit. Neſciens pu-
tredinem ſeruās in corruptum: quod
eſt a chriſticola coram te deductum: tu
vertis in gaudium gemitū ⁊ luctum:
confer ſaluberrimū te videndi fructū.
Eſto nobis queſumus ſcutum ⁊ iuua-
men: dulce refrigerium atqꝫ conſola-
men vt nobis non noceat hoſtiū gra-
uamen: ſed foueamur requie celi tecū
Amen. ¶ Alia oratio de eodem de q̄
dedit Innocētius papa dicenti eā an-
te ymaginem veronice trium annoꝝ
indulgentiam.

Aue facies pre-
clara: que pro nobis in crucis
ara es facta ſic pallida: anxietate deni-
grata: ſudore ſanguineo rigata: te texit
lintheolo: in quo manſit tua forma:
que paſſionis norma eſt cunctis prelu-

cida: hec cordi meo ſit impſſa p̄ te ieſu
neq̄ ceſſa hoc cremare indefeſſa tui a-
moris facula: vt poſt hāc vitā cum be-
atis contēplari poſſim vultū deitatis:
in perhenni gloria Amen Fac mecum
ſignū in bono vt videant qui me ode-
runt ⁊ cōfundantur: quoniā tu domi-
ne adiuuiſti me ⁊ conſolatus es me.
Signatum eſt ſuper nos lumē vultus
tui dn̄e: dediſti leticiam in corde meo.
Saluū fac ſeruum tuū: deus meus ſpe
rātem in te. Saluū me fac in miſericor-
dia tua dn̄e: non confundar quoniam
inuocaui te. Illumina faciē tuam ſu-
per ſeruum tuū: ⁊ doce me iuſtificatio
nes tuas. Dn̄e deus virtutuꝫ conuerte
nos: ⁊ oſtende faciē tuam ⁊ ſalui eri-
mus. Dn̄e exaudi orationē meam. ⁊ cla
mor meus ad te ve. Oremus.
Deus qui nobis ſignatis lumine
vultus tui memoriale tuū: ad inſtanti
am veronice ymaginem tuam ſudario
impſſam: relinquere voluiſti: p̄ paſſio-
nem ⁊ crucem tuā: tribue nobis que-

ſumus ita nūc in terris per ſpeculū in enigmate venerari vt adorare ac honorare teipm valeamus: vt te facie ad faciem veniētē ſuper nos iudicem ſecuri videamus. Per. Alia.

Omnipotens ſempiterne deus, de cuius munere pemīnet hec facies tua expreſſa tuo precioſo vultu: plebi tue, que cōuenit ad hanc recolendā, peccatorum ſuorum da veniā: corpus. ſermones. ſenſuſq; guberna: et actus eorum qui in tua pietate ↄfidūt ſalubriter diſpone. Qui.

¶ Sequitur planctus btē marie quem qui corde deuote recitauerit conſequitur ſeptem annos indulgētiarum: et quadraginta karenas a Bonifacio papa.

Stabat mater doloroſa iuxta crucē lacrimoſa qua pēdebat filius. Cuius animā gementē: ↄtriſtantem et dolentē ptranſiuit gladius O quam triſtis et afflicta fuit illa bñdicta mater vnigeniti. Quā merebat et dolebat pia mater: cum videbat penā nati incliti. Pro pctis ſue gentis: vidit ihm in tormētis

⁊ flagellis ſubditum. Uidens ſuū dul
cem natum morientem: deſolatū cum
emiſit ſpiritum. Quis eſt homo q̄ non
fleret: xp̄i matrē ſi videret in tanto ſup-
plicio. Quis nō poſſet contriſtari: ma-
trem xp̄i ꝯtemplari dolentē cum filio.
Eya mater fons amoris/ me ſentire vim
doloris fac vt mecum lugeam. Fac vt
ardeat cor meū: in amando xp̄m deū:
vt ſibi complaceā. Sancta mater illud
age: crucifixi inſint plage: menti mee
liuide. Tui nati vulnerati: tam digna-
ti pro me pati: penas mecum diuide.
Fac me vere tecum flere: crucifixo con
dolere: donec ego vixero. Juxta crucē
tecum ſtare. mecꝫ tibi cōſonare in plan
ctu deſidero. Uirgo virginum precla-
ra: non ſis mihi roſa rara: fac me tecuꝫ
plangere. Fac vt portē chriſti mortem
paſſionis fac conſortem ⁊ penas reco-
lere. Fac me plagis vulnerari: cruceqꝫ
me fac beari: ⁊ cruore filij Flāmis vrar
⁊ ſuccenſus per te pia ſim defenſus: in
die iudicij. Chriſte cum ſit hinc tranſi-

re: da per matrem me venire ad palmā victorie. Quādo corpus morietur fac vt anima donet paradiſi glorie. Amē

Item oratio alia de eadem.

Memēto obſecro dulciſſima mater ⁊ domina illius venerāde ſtationis qua tuo cum beato filio aſtitiſti in cruce pendenti: ⁊ reduc queſo ad memoriam cogitationes cordis tui: ⁊ innocentis anime tue anguſtias quas tunc habuiſti: quando ille vnigenitus tuus immolatus ē: ⁊ recogita: ꝙ omnia pro peccatoribus tolerare voluit: quorum primus ego ſum. Ipſe enim morte ſua meruit vt eſſem frater ſuus Ergo ne digneris piiſſima mater: quin ⁊ ego ſim filius tuus. Ad te o vnica ſpes peccatorum cōfugio/ plenius fiducia/ tibi meipſum ⁊ omnes neceſſitates meas recōmitto: ⁊ matrem ⁊ patronā pre omnibus eligo ⁊ preopto. Noli ergo piiſſima ſpernere me miſerū peccatorem/ propter peccata nimia et noli me abiicere a miſcdia tua/ ꝓpter eum ꝗ amo/

re mei nudus ꝛ dilaceratus pendebat
ante te. Amen.

¶ Item oratiões de q̄nqꝫ doloribus
beate Marie: quas ſanctus Anſhelmꝰ
capellanus eius compoſuit / incipien-
tes ſingule a ſingulis lr̄is noīs Marie:
q̄s qui deuote dixerit maxias ꝯſequiť
gracias a domino ꝑut reuelatum fuit
beato Johanni euāgeliſte: qui cū (vt
de eo ſcriptum reperitur) diu deſideraſ
ſet videre beatam Mariam virginem
poſt eius aſſumptionem in celum / tan
dem quadam vice raptus in celum / in
viſione vidit ꝛ audiuit ꝙ beata virgo
Maria narrauit filio ſuo ꝙ in hoc mū
do in q̄nqꝫ doloribus ſubſcriptis pre-
cipue fuerit nimiū perturbata. Criſtus
igitur filius eius hoc audiēs: ob eius
honorem plurimas ꝑmiſit gracias et
p̄rogatiuas ſe daturū illi / qui eoſdem
dolores deuote recoleret. Sunt igitur
orationes tales.

¶ Oratio prima

tuam mihi dignetur dare plenam co-
gnitionē: perfectam contritionem: pu-
ram confeſſionē: ſpem firmam: certā ſe
curitatē a deo nunq̄ ſeparandū: ⁊ ita
perfectum ⁊ verū amorem, vt cuz illo
amore tantā merear mercedem in celo
acq̄rere: ac ſi ei multis annis cū perfe-
ctione ſanctiſſime vite diligentius ſer-
uiuiſſem. Amen. Oratio. iij.

Reparatrix debilium: ⁊ vulnera
te anime efficaciſſima medicina maria
te peto glorioſa dn̄a per illam ꝑturba-
tionem quaz habuiſti in corde tuo cle
mentiſſimo: ꝓ eo ꝙ perfidi iudei capti
uauerunt ⁊ detinuerūt deſiderabilem
vnigenitum vteri tui filiū: de quo co-
gnouiſti in ſpiritu ꝙ volebat: ⁊ ꝙ pati
debebat pro ſalute humani generis:
quatinus depreceris eundē filium tu-
um propiciatore ſeculi: vt ipſe propter
eādem turbationē tuam me de omni
captiuitate ⁊ ab omni tribulatiōe cor-
poris ⁊ anime: anguſtiaꝝ ⁊ periculorū
meorum vna cū amicis meis conſan-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0257

MEdiatrix dei ꝛ hominū ꝛ
fons miſcdie indeſinēter
effundens riuos copioſe
gracie maria:te rogo dul
ciſſima mater dn̄i noſtri
ieſu xp̄i per illam ꝑturbationē quam
habuiſti in corde tuo piiſſimo·tūc ꝛ de
inceps·cum Symeon ſctūs ꝛ ſenex ꝓ
phetando diceret:tuā ipſius animam
pertranſibit gladius: vt petas q̄tinus
idem bn̄dictus filius tuus de largiſſi
ma clementia ſua mihi donet per ean
dem perturbationē tuam indulgenti
am omniū peccatoꝝ meoꝛuz. Et vt me
liberet ab oībus malis p̄teritis preſen
tibus ꝛ futuris. Oratio ſecūda

AUxiliatrix dei et hominū:et pa
cis eterne condimentū Maria te inter
pello ſpecioſiſſima regina celi per illā
doloꝛoſam perturbationē quam ha
buiſti in corde tuo benigniſſimo: pro
eo ꝙ filium tuum amantiſſimū per tri
duum amiſeras: vt roges eum quati
nus ipſe propter eandem turbationez

guineis familiaribus ⁊ bñfactoribus ⁊ recommendatis clementer eripiat et ab omibus malis imperpetuū tueat̄.

Oratio.iiij.

ILluminatrix cecorum ⁊ lucerna ſalutifere gracie Maria te flagito dulciſſima bona mater dei per illam turbationē tuam quā habuiſti in corde tuo propiciatiſſimo ꝑ eo ꝙ amantiſſimus filius tuus a iudeis crudeliſſimis in conſpectu tuo cū clauis acutiſſimis: ſine omni miſeratione viuifice crucis patibulo fuit affixus vt poſtules ab eodem filio tuo: quatinus ꝑ eandem turbationē tuam ignē veri amoris per ignem amoris ⁊ paſſionis ſue in corde meo accendat. Qua me ipſe ſummus ſacerdos ligno crucis ſubijciat: nutriat ⁊ in altari cordis mei iugiter ardeat ⁊ flāmeſcat: in commemoratiōe ſue ſanctiſſime paſſionis ⁊ mortis: vt eiuſdem ſacratiſſime paſſionis ſue nunꝙ obliuiſcar. Et ſi ex infirmitate valida vel alia cauſa quacunꝙ impediente memor eſſe nequiuero

⁊ per eundē acerbe paſſionis ſue dolo
rē in hora paſſiōis mee: ⁊ ex multipli
ci miſericordia ſua tantam mercedem
in celis percipere merear acſi oēs dies
meos conſumpſiſſem in memoria ſue
ſacratiſſime paſſionis. Amen. Orō. v.

ADuocatrix omniū peccatorum:
quos damnabiliter moles vici
orum deprimit: finiſqꝫ nr̄e miſerie Ma
ria: te deprecor venerabiliſſima mun
di domina per illā intolerabilem tur
bationem quaz habuiſti in corde tuo
benigniſſimo/ in illa hora/ cū filius tu
us cunctis deſideratus gētibus ac om
nibus vere amabilis de cruce depoſi
tus cū recentibus vulneribus ⁊ ꝓprio
ſanguie rubricatus/ datꝰ fuit a ioſeph
in ſinum tuū qui eſt corona iocundita
tis omniū beatorum in celeſti ſolio: vt
propter eandem perturbationē tuam
ipſe me preuenire dignetur abundan
tia grārū ſuaꝝ ⁊ copioſe miſericordie
ſue vt det corpus meū ⁊ animā meā in
poteſtatem tuā ⁊ in ſinum piiſſime m

ſericordie tue: quā cunctis deuote po-
ſtulantibus clementer aperis ineternū
Et ad illum ſinū gemebundum ſic reci
pi affectuoſiſſime depcor: ꝑpter illum
dulciſſimū infantulum tuū: candiduz
ꝛ rubicundum electū ex milibus qui
thezaurus tocius felicitatis tue extitit ꝛ
eſt. Quem in ſinu tuo delicatiſſime ꝓ-
prijs lactaſti vberibus vt in pſenti vita:
ꝛ precipue in extremis meis: te videre
merear cū gaudio ꝛ tue miſerationi re
graciari valeā in ſecula ſeculoꝝ Amen.

¶ Alie oratiões de doloribus quin
S Alue regina ꝗ beate Marie.
mater miſericordie/ cuius cun-
cta viſcera commota fuerūt in paſſione
domini noſtri ieſu chriſti.
O Sancta maria templū ſancte tri
nitatiſ/ admoneo te illiꝰ anguſtie/ quā
in corde tuo ſuſcepiſti ꝛ doluiſti dum
filium tuum vnicū ieſum chriſtū: quē
ſaluo pudore concepiſti ꝛ ſine dolore
genuiſti: ad templum tuis vlnis cum
gaudio detuliſti: cum Symeon ꝓphe-

tauit dicens. Et tuam ipſius animã per
tranſibit gladius doloris eius: propter
hunc dolorem impetra mihi verã pe-
nitentiam cũ intima cõtritione omni-
um peccatoꝝ meorum vt iuſtificet illu
minet τ cuſtodiat me filiꝰ tuus iheſus
chriſtus dominus noſter Amen. ·Pater
O Sancta noſter. Aue maria.
maria animoneo te illius dolo
ris quẽ in corde tuo ſuc epiſti τ doluiſti
cum filium tuũ perdideras: τ ioſeph
mediante cũ magno labore queſiſti τ
tercio die in tẽplo dei inueniſti in ope-
re τ ſtudio ad qđ a patre fuerat miſſus
ꝓpter hunc tuũ dolorem impetra mihi
a filio tuo domino noſtro ieſu xp̄o pu-
ram confeſſionẽ ante diem exitus mee
anime/ vt donet mihi τ concedat non
meiſ meritiſ: ſed ex ſue miſericordie abũ
dantia eterne leticie premiũ/ id eſt ſeip
ſum: vt ſuo aſpectu perfrui merear in-
eternũ Amen. Pr̄ noſter. Aue. Oio. iii.
O Sancta maria moneo te illius
miſerie quã habuiſti cum filiuz

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0262

tuum:qui celū ⁊ terram creauit verbo
⁊ om̄ia que in eis ſunt creata: in manu
ſua potenti tenet: Illud verbū a patre
ante tempora genitū: ⁊ a te matre ⁊ vir
gine natum:xp̄m a iudeis tentū ⁊ capti
uum:opprobrijs:te vidente/te loquen
te/te miſerabiliter flente:ad crucis pati
bulū pro nobis/quaſi latronē furem ⁊
homicidā/ductum:ꝓpter hunc dolorē
tuum impetra mihi vt filius tuus ihe
ſus xp̄s abſoluat me a cūctis vinculis
peccatorum: ⁊ a laqueis omniū inimi
corum meoꝝ. Amen. Pater nr̄. Aue.

O Sancta maria mo- Oro. iiij.
neo te illius miſerabilis reſpe-
ctus/dum reſpexiſti ieſum xp̄m filium
tuum:in quē angeli ꝑſpicere deſiderāt
⁊ quanto diutius ꝯtemplant/tanto ar
dencius inflammat᷑:quādo illius vul
tus pugnis ⁊ alapis illudebatur: ⁊ vix
facies humana putabat᷑:heu heu que
lingua q̄s ſenſus poteſt capere q̄lis do
lor tibi fuerit dū rauca voce tibi loque
batur ⁊ paulatim te ꝑſente moriebat᷑

p quē toti mūdo salus dat͛. ꝓpter hūc
dolorem tuum impetra mihi: vt passio
xp̄i filij tui in me renouet͛: ⁊ augmentū
virtutum mihi operetur. Oratio. v.

O Sancta maria moneo te illius
lamentatiōis quam habuisti ⁊
doluisti qn̄ filius tuus dn̄s noster iesus
christus de cruce positus fuerat: ⁊ tibi
defunctus in gremio ponebatur: per
quē tota machina celi ⁊ terre regebat͛
⁊ regitur: tuū singulare gaudium con-
uersum fuit in luctū magnum: quem
viscera tua partu pudico pertulerunt:
quē vbera tua celico lacte lactauerunt.
tunc in sinu tuo mortuū tenuisti: ⁊ to-
tum corpus eius lacrimis rigasti: ⁊ om
ni tristicia plena sepata a sepulchro di-
lecti filij tui māsisti: ꝓpter hunc dolorē
tuum fac me miserū peccatorē partici-
pem eiusdem doloris ⁊ suscipe me fa-
mulū tuum in tuā clementem custodi-
am. Et da vt in separatiōe anime mee
a corpore meo: cōsolationem tue p̄sen-
tie inueniam: ⁊ p̄sentes me dn̄o iehsu

criſto non ad iudicandū ſed eternaliter
tecū in regno ſuo conregnandū. Amē
Pater noſter. Aue maria. ¶ Oratio ad
dn̄m noſtrum ieſum xp̄m de qnq; do-
loribus potiſſimis quos in ſua beatiſ-
ſima paſſiōe ſuſtinuit

O Amantiſſime ieſu moneo te illius ago
nis qui inter animā ⁊ corpus tuū fuit
ex virtute amoris ⁊ timoris tue paſſio-
nis/ dum omnē dolorem tuū ⁊ terro-
rem in corde tuo poſuiſti ⁊ paſſionē tu-
am ita p̄ſentialiter ad memoriā traxiſti
ſicut ī die paraſceues ſuſtinuiſti. O dul
ciſſime ieſu fili dei viui per iſtā amariſ
ſimam precogitationē ⁊ deuotiſſimā
orationem quā oraſti vt pater tuus om
nipotens trāſferret a te illā horribilem
paſſionē/ da mihi miſero peccatori ita
amare deflere omnia peccata mea vt
ex tua iuſticia plenarie deleant: ⁊ tuā
deuotiſſimā orationē die noctuq; de-
uote ⁊ in v̊o fletu exercere/ ſicut mater
tua ⁊ diſcipuli tui te defleuerūt: quan
do mortuus es: ⁊ cū omnibus vulne-

ribus tuis in ſinu matris tue virginis
marie iacuiſti. Amen. Pater no. Aue.

O Mitiſſime agne dei Oratio. ij.
ieſu chriſte immaculate, moneo
te illius horribilis caſus, quē ſuſtinui-
ſti cum te dominū maieſtatis tam hor-
ribiliter ſuper hiſpidū lignum piece-
runt ita vt omnia vulnera tua que in
flagellatione ſuſceperas renouata fue-
runt: ⁊ cū hoc omnes iuncture tenerri-
morum mēbroꝝ tuorum coſteqꝫ late-
rum ab inuicē ſoluerentur. Per iſtum
horribilem caſum imploro tuā miſeri-
cordiam, vt me ab iſta hora vſqꝫ ad fi-
nem vite mee tuearis ne vnqꝫ commit-
tam tale peccatum, propter qđ neceſſe
ſit me priuari melliflua preſentia deſi-
deratiſſimi vultus tui. Nec ſinas me
fili dei viui in extrema hora mea inci-
dere in aliquem errorē vel alienationē
mētis nec in laqueū deſperationis: ſed
da mihi gratiā tuā vt ex toto corde ⁊ ex
tota anima ⁊ ex totis viribus meis de-
fleam tuam paſſionē: vt poſt hanc vi-

tam cũ electis tuis te pie laudare ⁊ eter
naliter tecum gaudere merear. Pater
noster. Aue maria. Oratio. iij.

O Unice amator mi christe ihesu: 
moneo te illius tremoris ⁊ compaſſio-
nis que tũc ſumma extitit in te: quãdo
matrem tuã dilectam iuxta crucẽ flebi
liter aſtare vidiſti: ⁊ nimis impletaꝫ cõ
paſſione ⁊ anxietate ꝓpter quod te vi-
dit ita lamentabiliter pati ⁊ crucifigi-
⁊ te loquẽtẽ ad eam mulier ecce filius
tuus audiuit: per ipſam cõpaſſionẽ da
mihi vt idem gladi⁹ compaſſiõis tue
q̃ tranſuerberauit dilectiſſimã animaꝫ
dilecte matris tue trãſfigat cor ⁊ animã
meam: quatinus valeã tibi cõdolere ⁊
deflere omnẽ dolorem tuũ. vt tu mihi
paterna miſeratiõe: ⁊ ipſa materna di-
lectione valeatis compati ⁊ ſuccurrere
mihi in oĩbus neceſſitatib⁹ meis. Amẽ
Pater noster. Aue. Oratio. iiij.

O Refugium delectabile omniuꝫ
deſolatoꝝ ieſu chriſte: moneo te illius
anguſtie qua dixiſti: deus deus meus

ut quid me dereliquiſti? ⁊ per illã deſo
lationem qua per humanitatẽ relinqͥ
voluiſti, quaſi oblitus eius ꝙ deus ve
rus eras: ⁊ ei conſubſtantialis per om
nia: tribue mihi famulo tuo vt cunctis
trãſitorijs ita penitus abdicer in qͥbus
nunc tẽporaliter valeã delectari: ⁊ nõ
derelinquas me in multimodis aduer
ſitatibus ⁊ periculis ꝯtriſtari: nec vexa
ri ab aliquo malo hoīe aliquo modo:
nec a dyabolo: nec a nociuo animali:
ſed in nouiſſimis meis tẽporib⁹ mihi
pie aſſiſtas: dũ ab omnibus deſeror: et
recipe tremebũdã animam meã inter
leuiſſima brachia tua dulciſſime pater
pietatis tue dicẽs: conſtans eſto: ego ꝓ
tector tuus ſum ⁊ redẽptor: ego nunqͣ̃
te deſeram. Amen. Pater noſter. Aue.

O Dulciſſime iheſu: mo- Oro. v.
neo te illius doloris ⁊ anxietatis
in quã deueniſti: dũ poſt detra
ctionez paterni auxilij agoniſans, amo
re ⁊ dolore paſſiōis: qua te ſuperabũ
dans dulcedo dilectiōis ſuperauit vſ-

q̄ ad exitum tuū: mellifluum cor tuū ſcindebat: ⁊ per ipſam diuinā agoniſationem tuā largire mihi vt valeam cor meum penitus trahere a cūctis diſplicentibus: ſic q̄ fiam acceptabilis p̄ cordialiſſimo ſponſo meo ⁊ vnico ſolatio meo: vt in hora exitus mei magis ex vi vehementiſſimi deſiderij ⁊ amoris tui anima mea ad te anhelet q̄ pauore ⁊ pene ſeipſam perturbet: ⁊ da vt tecum ineternū permaneat. Pater noſter. Aue ma.

DOmine ieſu xp̄e memento q̄ tu dixiſti: viuo ego ⁊ nolo mortem peccatoris. Ideo reſpice ſuper me oculis tue miſericordie: q̄bus reſpexiſti beatū Petrum lachrimātem in atrio: ⁊ mariam magdalenā penitentem in cōuiuio: ⁊ latronem pendentē in crucis patibulo: ⁊ cōcede mihi omnipotēs deus: vt omnia peccata mea ſic cū Petro apoſtolo digne defleam: cū Maria magdalena te pfecte diligam: vt cū latrone pendente in cruciſ patibulo te eternaliter videre valeam.

Pater noſter, Aue maria.

¶ Quicūq; hanc ſubſcriptā orationē
xx. dieb⁹ deuote dixerit in honore ſan
ctiſſime paſſionis dn̄i noſtri ieſu xpi. Et
in honore beatiſſime v̄ginis marie ma
tris eius: quecūq; licita pecierit miſeri-
corditer obtinebit: quod experimento
ſepius p̄batum eſt.

Sancta Ma
ria perpetua virgo virginū: ma
ter miſericordie: mater grē: ſpes omniū
deſolatorū: conſolatrix omniū deſpe-
rantium: per illum gladiū doloris qui
tuā pertranſiuit animā: dum vnigeni-
tus fili⁹ tuus dn̄s noſter ieſus xp̄s ſup
plicium mortis pateret̄ in cruce: per il-
lum filialem affectū quo ipſe materno
dolori cōpaſſus integerrime dilectiōis
ſue vicario ſctō iohanni te p̄uidendā
cōmendauit. Compatere cōdole: con-
ſule queſo anxietati: aduerſitati: infir-
mitati: paupertati: ſollicitudini: ⁊ quali-
cunq; neceſſitati mee O miſeratrix miſe
rorum: dulcis conſolatio afflictorū ac
mater miſericordiarum deſolatorum

piiſſima ꝯſolatrix: ⁊ in omni neceſſita-
te pupilloꝝ prompta adiutrix. Exaudi
preces meas ⁊ reſpice orbitatis mee et
miſerie lachrimas. Et quia in diuerſis
malis ⁊ anguſtijs ꝑpter peccata mea
poſitus ſum: ignoro ad quē fugiam:
niſi ad te dominā meam dulciſſimam
virginē mariam genitricē domini nr̄i
ieſu chriſti reformatricē humanitatis
noſtre Ergo aures tue pietatis: ſiue cō-
ſuete miſericordie tue p̄cibus meis be-
nigne accōmoda: per viſcera miſericor-
diſſimi filij tui: per dulcedinem quam
tunc habuit quando humanū genus
amplexatus ē: vt deliberaret vna cum
patre ⁊ ſpūſancto carnē pro noſtra ſa-
lute aſſumere fragilē: ⁊ angelo annūci-
ante ⁊ ſpūſancto obumbrāte de te: piiſ-
ſima v̄go maria: incarnatus eſt: ⁊ no-
uem mēſibus in tuo ſanctiſſimo vtero
clauſus deus ⁊ hō geſtatus ē: ac decur-
ſis nouē menſibus: ſpūſancto cooperā-
te: glorioſam aulā tui virginalis vteri
egrediens nō aſpernatus ē viſitare mū-

dum per anguſtiā quam idē filius tu-
us dn̄s noſter ieſus xp̄s habuit: quādo
in monte oliueti patrē inuocauit: vt ſi
fieri poſſet/tranſiret ab eo calix paſſio-
nis ſue. Per trinam orationē eius: ꝑ tri
ſtem quoq; inceſſum tuū quo ſecuta es
eum lachrimis ad crudele ſpectaculū
paſſionis eius ⁊ mortis: per ꝓbra: ſpu-
ta: colaphos: irriſiones: falſas accuſati-
ones: ⁊ iudicia iniuſta: per veſtē ſorte ⁊
ludo acquiſitam: ꝑ vincula ⁊ flagella
eius: per trinas lachrimas eius: ꝑ gut-
tas ſanguinei ſudoris eius: ꝑ pacientiā
⁊ taciturnitatem eius: ꝑ pauorem ⁊ te-
dium ac meſticiā cordis eius: per vere-
cundiam quam habuit. quādo denu-
datus ē in cruce ⁊ coram te: piiſſima vir
go Maria: omniq; populo pependit:
per regale caput eius arūdine cōquaſ-
ſatum: per ſpineam coronā eius: per ſi
tim ⁊ guſtum aceti cū felle mixti: ꝑ lan
ceam infixam ſacratiſſimo lateri eius: ꝑ
ſanguinē ⁊ aquam que de ſacratiſſimo
latere eius ꝓfluxerūt: ⁊ miſcdiam ⁊ gra

ciam ſuper nos abūdanter effuderunt: per clauos infixos manibus ⁊ pedib⁹ Per commendationē eius, qua patri ſuam precioſiſſimā animam cōmendauit: per dulciſſimū ſpiritum eius quem cum clamore valido, clamādo hely: hely lamaſabathani: ⁊ inclinato capite emiſit ſpiritū dicens conſummatū eſt. Per ſciſſuram veli in templo: ⁊ petre: per obſcurationē ſolis ⁊ lune: per tremorem terre: per miſericordiā eius factā in latrone: ꝑ crucē ⁊ paſſionem ei⁹: per deſcenſionē eius ad inferos: ꝑ omnes animas quas aduētu viſitationis ſue letificauit: per gaudiū ⁊ victoriam ⁊ gloriam reſurrectiōis eius: per apparitionez eius, qua ꝑ quadraginta dies poſt reſurrectionem: tibi, ꝑelecta ṽgo Maria, ⁊ apoſtolis: ceteriſq; electis apparuit: per glorioſam aſcenſionē eius qua te ṽgine glorioſa ⁊ ipſis cernentibus in celum eleuatus eſt. Per graciaz ſpiritusſancti paracliti quā diſcipulorum cordib⁹ in linguis igneis infudit:

⁊ per eos in toto orbe terrarum longe lateqꝫ diffudit: per tremendū diem iudicij: quo tempore venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculū per ignē: per omnem cōpaſſionem eius tecū in hoc mundo participatis: per ſuauitatem oſculoꝝ eius: per ineffabile gaudium quo aſſumpta es in cōſpectu eiuſdem filij: vbi gaudes ⁊ exultas ſine fine. Letifica cor meum: ⁊ exaudi me in petitione mea hac ꝑ qua te ſuppliciter exoro ⁊ deuote. Hic pete quod vis.

Et ſicut certus ſum ꝙ ille nihil tibi negans honorat/ita ſentiam facilius: plenius: celerius ⁊ efficatius tuum ſanctiſſimū adiuuamen ⁊ cōſolamen ſcḋm ſuauitatez miſericordiſſimi cordis tui: ⁊ ſcḋm dulciſſimi filij tui voluntatem timentiū ſe: ⁊ delectantiū in ſe: ⁊ petitionē cordis eorum: ⁊ ſcḋm neceſſitatem meā in his in oībus rebus ꝓ quibus ſanctiſſimū ſupplex inuoco nomen tuū ⁊ adiuuamen tuum/ vt obtineas mihi apud deum dulciſſimū ſ

filium tuū in fide catholica ſpem firmā
charitatemq; perfectā veram cordis cō-
tritionem: fontē lacrimarum: ſinceraꝫ
confeſſionē: dignam ac ſanctiſſimā ſa-
tiſfactionem: diligentemq; cuſtodiam
a peccatis: contēptum mundi: dilectio
nem dei ⁊ ꝓximi: flagella dilectiſſimi
filij tui in corpore meo immūdiſſimo:
veram pacientiā ad omnia ea que pro
amore filij tui ſunt ſuſtinēda: etiā mor
tem turpiſſimā ſi oportuerit: executio-
nem votoruꝫ: perſeuerantiā in bonis
operibus. Mortificationē proprie vo-
luntatis: conuerſionē tibi placentem:
felicem obitum: ⁊ in extrema hora vi-
te mee penitentiā vehemētem: boniq;
ſenſus integritatē cum loquela. Et ani
mabus parentū meorum fratrū ⁊ ſoro
rum: ⁊ omnium benefactoꝝ meorum
viuorū ⁊ mortuoꝝ vitam ſempiternā.

¶ Quicūq; ſubſcriptā orationē q̄ti-
die dixerit in honore btiſſime ṽginis
marie. ccc. dies īdulgētiaꝝ habebit ab
Innocētio papa q̄ eam inſtituit. Et ei

ꝯcenti vult ipſa beata v̾go Maria pre
ſentialiter aſtare/ eum conſolando tri
duo ante mortē ſuam ⁊ horam ſui exi
tus ꝓnunciare: ⁊ ꝙ de numero ſaluan
dorum ſit/ ei intimare. Sicut in quodā
monaſterio ordinis ſcti Bn̄dicti reuela
tum eſt cuidā abbatiſſe in extremis la
boranti ⁊ ex poſt ſepius expertum.

O Clementiſſima domina ⁊ dul
ciſſima v̾go ſancta Maria ma
ter dei: om̄i pietate pleniſſima
virgo ante partū: virgo in partu: ⁊ vir
go poſt partum: mater orphanoꝝ: con
ſolatio deſolatorū: via errantium: ſal⁹
⁊ ſpes in te ſperantiū: fons vite ⁊ venie
fons ſalutis ⁊ gracie: fons pietatis ⁊ in
dulgentie: fons cōſolationis ⁊ leticie.
Obſecro te per illā ſanctam ⁊ ineffabi
lem leticiam: qua exultauit ſpiritus tu
us in illa hora/ quādo tibi ꝑ gabrielē
archangelū annunciatus ⁊ in te conce
ptus ē filius dei: ⁊ per illud diuinū my
ſterium qđ tunc operatus eſt in te ſpiri
tuſſanctus Deꝑcor te per illam maximā

miſericordiã: infinitam clementiã. benignissimã pietatem: feruidiſſimam caritatem: profundiſſimã humilitatem: qua filius tuus de ſinu patris deſcendit accipere humanã carnem de venerabiliſſimo vtero tuo: ⁊ q̃bus te reſpexit quando te ſuper choros angelorũ exaltauit Rogo te per immẽſam humilitatem: qua tu reſpõdiſti: dicens archangelo gabrieli. Ecce ancilla domini fiat mihi ſm verbum tuum. Queſo te o piiſſima virgo Maria per ineffabilia gaudia tui virginalis ac ſuperam mirandi conceptus ⁊ partus: ⁊ poſt hec dominice reſurrectiõis ⁊ aſcenſionis: ⁊ tuipſius aſſumptionis ⁊ glorificationis: ⁊ per oĩa alia ſctã gaudia que habuiſti ⁊ habes de filio tuo dño noſtro Jheſu xpo: vt adiuues ⁊ letifices aĩam meã: gaudio ſpiritali quo ſpiritus meus exultet in ſolo deo ſalutari meo. Inſup o glorioſa dei genitrix et v̓go Maria: te inſtãter moneo per illã ſanctam ⁊ maximam compaſſionem ⁊ acerbiſ-

ſimū cordis tui dolorē: quem habui-
ſti quando filiū tuum dominū noſtrū
ieſum chriſtū ante crucem nudatū ⁊ in
ipſa leuatū: pendentē: crucifixum: vul
neratum: ſicientē felle ⁊ aceto potatū
vidiſti: voce magna clamantem audi
diſti: ⁊ morte crudeliſſima morientem
doloroſiſſime ꝯſpexiſti. O martyr cum
martyribus tranſgladiata morte ſacra
tiſſima tui filij, humiliter tibi ſupplico
per quinqꝫ vulnera ſua: per riuos ſacri
ſanguinis ſui: per cōtractionem viſce-
rum ſuoꝝ pre nimio dolore vulnerum
ſuorum, vt aiam meam incēdas ⁊ vul
neres amore ⁊ paſſione dilecti filij tui,
ſicut aīa tua ſanctiſſima fuit in hora
paſſionis eiuſdem doloris gladio vul
nerata: per fontes ſanctaꝝ lachrimarū
tuarum, quas in eiuſdē filij tui paſſio-
ne fudiſti, da mihi ꝓ peccatis meis ve-
ras plagendi lachrimas ⁊ condignas
Peto te ſuppliciter o pijſſima virgo ma
ria per omnem paſſionē dilecti filij tui
⁊ compaſſionē cordis tui: ne repellas

me propter peccata mea infinita ſed ꝑ
tuam maximā clementiam audi ⁊ ex-
audi me: ⁊ da mihi/ quicquid filius tu-
us reqſierit a me/ veraciter agnoſcere:
tuo iuuamine frequenter incipere: per
ſeueranter exequi: feliciter adimplere.
O flos virginum maria: regina celi de
precor humiliter ⁊ deuote: vt cum om
nibus ſctis ⁊ electis dei: venias ⁊ feſti-
nes in conſilium ⁊ auxilium meum in
omnibus orationibus et anguſtijs et
neceſſitatibus meis: ⁊ in oībus rebus
in quibus ſum facturus: cogitaturus
aut locuturus diebus ac noctibus: ho
ris atq̃ momētis vite mee: ⁊ fac me do
ctum pugilem/ aſtutum/ fortem vigilē
vt mūdum/ carnē/ demonem ⁊ hoſtes
infeſtos ſuperem: ⁊ mihi indigniſſi-
mo famulo tuo impetres a dilecto fi-
lio tuo miſericordiā: vere penitētie ſpa
cium: corporis ⁊ anime ſalutē: ⁊ ſpiri-
tuſſancti grām: qui bene oīa diſponat
p̄terita mala indulgeat: p̄ſentia emen-
det: ⁊ futura moderet̄: veterem hoīem

eruat: ⁊ nouum creans ſibi habitaculū
faciat. Animā cuſtodiat: corpus regat:
cogitationes purificet: vota ⁊ deſide-
ria ſancta infundat: recta cōſilia inſtru-
at. Juſta opa pficiat: ſenſ⁹ corrigat: mo-
res componat: actus diſponat: curſum
dirigat: ⁊ a ſeptem pctis criminalibus
vſq; in finē me liberet ac defendat: vir-
tutes inſerat ſacras: rectam fidem: fir-
mam ſpem: ⁊ perfectam charitatē mihi
tribuat: victoriam contra huius mūdi
aduerſitates: veram pacem/ ſpiritualez
corporalem: humilitatem/ caſtitatem/
pacientiam ⁊ in omni bono perſeuerā
tiam/ mihi concedat. O Maria maris
ſtella: portus ſalutis. Naufragantium
dux pia: miſerorū patrona dulciſſima:
reorum aduocata doctiſſima: deſpera-
torum ſpes vnica: peccatoruz ſaluatrix
magnifica: die mea nouiſſima: me fa-
cie ſplendidiſſima tua/ precor irradia:
tutrix ſecretiſſima/ mee mortis pijſſima
diem ⁊ horam nuncia: tu portum pre-
be naufrago: reo fer patrocinia: dans

miſero ſolacia: ſis ſpes, ne deſperatiōe
ſuccumbam mortis in agone: cum tūc
non ſit ſpes altera, niſi tu virgo puer-
pera: patris parens ꝛ filia: cui me recō-
cilia O miſericordiarum ꝛ venie fons
inevacuabilis: imo ipſa miſericordia ꝛ
venia nulli dās repulſam. Exauditrix
benigniſſima: hanc oratiōe ſupplicē
clementer ſuſcipias ꝛ exaudias: ꝛ vitā
eternam mihi tribuas. Audi ꝛ exaudi
me benigniſſima virgo Maria mater
dei ꝛ miſericordie. Amen.

O Sanctiſſima ꝛ beatiſſima vir-
go Maria digniſſima ꝛ incor-
rupta genitrix filij dei, ſplendi-
diſſima maris ſtella: regina angelorū:
domina regum. Cuius ſpeciem rex eter-
nus cōcupiuit: que procedis velut au-
rora conſurgens: pulchra vt luna: ele-
cta vt ſol: terribilis vt caſtroꝝ acies or-
dinata. Cuius odor veſtimentoꝝ eſt ſu-
per oīa aromata: que aſcēdis per deſer-
tū ſicut ꝟgula fumi ex aromatibus mir

rhe et thuris: et vniuerſi pulueris pi-
gmentarij: virga de radice yeſſe: virga
ſacerdotalis ⁊ regia: que ſine humore
ſeminis: p vmbrationē ſanctiſpiritus
vireſcens fronduiſti: ⁊ vite fructū flori
da germinaſti: porta ſoli deo puia: pa-
radiſus deliciarum: ortus concluſus:
fons ſignatus: puteus aquarum viuē
tium: templū ſpiritusſancti: thalamus
immaculati ſponſi: ſpōſa incarnati v-
bi: quā veneratur: adorat ⁊ excolit oīs
militie celeſtiſ exercitus. Quā timet ⁊ ex
paueſcit oīs inferorum ptās: cui deuo
tiſſimis cordibus obſequit vniuerſi-
tas gentium. Quā beatam ſingulariꝫ
te benedictā predicant oēs generatio-
nes ſub cuius honoꝛiſ culmine ſe hūi-
liant principes: cuiꝰ venerationi ſbmit
tere ſe gaudēt reges: ⁊ ſumnu apiciſ im
peratores. Ad te o dn̄a que tanta pree-
mines excellentia: que tanta oēs excel-
lis eminentia. Ad te inq̄ venio pctōr
humillimus omniū ⁊ abiectiſſimꝰ in
tota creatura dei. Ad te venio/ per quā

ſalus mũdi edita eſt vt ſalutẽ corporis
⁊ aĩe precib⁹ tue dignationis obtineã
Ad te venio q̄ immunẽ ab omni pctō
deum ⁊ hominẽ genuiſti: vt mihi pec
catoꝝ meorum veniã apud eundẽ be-
nedictũ ventris tui fructũ obtentu ma
terne pietatis imploꝛes. Ad te venio q̄
virgo ante partũ permanſiſti: ⁊ virgo
poſt partum: vt mihi tua interceſſiōe
reparare digneris mundiciã cordis et
corporis: quã tot ⁊ tantis inqnamentiſ
carnis ⁊ ſpũs pollui: quã ſic innume-
ris vicibus ab ineunte pueritia tanta-
rum ſordiũ feditate corrupi. Ad te po-
ſtremo venio: nihil de tua ptãte diffi-
dens: nihil de pietate deſperans: nihil
de interuentus tui grã dubitans Scio
enim quia potes omnia que vis: ⁊ vis
oĩa que ad humanã ſpectant ſalutem.
Et qꝛ pie te fideliterqꝫ petẽtibus miſeri
corditer ſubuenire nō differs. Teſtis ē
magnus pater Baſilius: teſtis eſt ⁊ pec
cator olim Theophilus: teſtis eſt ⁊ pie
memorie Gregorius papa ſeptimus vl

quanta poteſtate predita ſis: vel quan-
ta pietate redundas: vel q̄ ſceleriter in
te ſperantibus auxilium tue liberatio-
nis impendas. Unde ⁊ ego licet indi-
gnus rogo ⁊ deprecor te o domina re-
gina celi ⁊ terre/ per illam ſingularem
quam tibi deus preſtitit graciam: per il-
lam/ que de immaculata carne tua ꝓ-
ceſſit/ humanitatem noſtri mediatoris
verbi ⁊ carnis: vt exiguitatis mee pre-
ces dignanter accipias ⁊ opem tui pa-
trocinij apd̄ eundem filium tuum hic
⁊ in futuro ſeculo clementer exhibeas
quia fas non eſt: vt tibi pro me vel pro
alio aliquo peccatori petēti quicq̄ de-
neget ille qui de te naſci dignatus ē ve-
rus rex ⁊ verus pacificus dn̄s noſter ie-
ſus chriſtus. Qui. ¶ Sanctus Edmū-
dus cantuarienſis archiepiſcop⁹ ſeq̄n-
ſtem orationē compoſuit: eamq̄ quoti-
die dicere conſueuit in honorē ſanctiſ-
ſime dei genitricis ſemꝑ virginis Ma-
rie: ⁊ beati Johānis euangeliſte tuto-
ris eius: quam cū ſemel ꝓpter occupa-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0284

tionem quandā dicere neglexiſſet: apparuit ei ſanctus Johānes euāgeliſta ferulam in manu tenens: ⁊ vt leuaret manū imperans. Qui cū leuaſſet: ⁊ ille ferulā alte leuans: pie tamen ſubmittens: blande eū corripuiſſet / ſubiūgens ait Caue ne amplius vnꝙ̄ omittas qđ diligenter obſeruauit: maximamꝙ̄ ob hoc ſanctitatis graciā promeruit: multa etiaꝫ alia legunť facta miracula virtute illius oratiōis que breuitatis cauſa hic omittunť.

O Intemerata ⁊ in eternū benedicta ſingularis ⁊ incōparabilis v͛go dei genitrix Maria Gratiſſimū dei templū: ſpiritusſancti ſacrarium Janua regni celeſtis per quā poſt deū totus viuit orbis terraꝝ: inclina aures tue pietatiſ indignis ſupplicatiōibus meis: ⁊ eſto mihi pctōri pia in oībus auxiliatrix. O iohānes beatiſſime xp̄i familiaris amice: qui ab eodeꝫ domino noſtro ieſu xp̄o virgo electus: ⁊ inter ceteros magis dilectus atꝙ̄ myſterijs ſalutaribus vltra oēs imbutus:

apoſtolis eius ⁊ euãgeliſta factus es p̄
clariſſimus: te inuoco cũ matre eiuſdẽ
ſaluatoris vt opem tuã mihi cum illa
ferre digneris. O due gemme celeſtes
Maria ⁊ iohannes. O duo luminaria
diuinitus ante deũ lucentia: veſtris ra
dijs effugate ſcelerũ meorum nubila.
Uos eſtis illi duo in quibus ipe deus
pater per filium ſuũ ſpecialiter edifica
uit ſibi domũ: ⁊ in quibus ipſe filius
dei patris vnigenitus/ ob ſinceriſſime
veritatis meritũ/ dilectiõis ſue confir/
mauit priuilegium in cruce pendens
vni veſtrum ita dicẽs. Mulier ecce fili
us tuus: deinde ad alium. Ecce mater
tua. In huius ſacratiſſimi amoris dul
cedie/qua ita ore dominico velut ma/
ter ⁊ filius inuicẽ coniuncti eſtis: vob
duobus ego peccator hodie corpus ⁊
animam meã commẽdo: vt omnibus
horis atq̃ momentis intus ⁊ exterius
firmi cuſtodes: ⁊ pij apud deum inter
ceſſores exiſtere dignemini. Credo em̄
firmiter ⁊ fateor ⁊ indubitãter ſcio. q̄

velle veſtrum velle dei eſt: vnde quicquid ab illo petitis ſine mora obtinebitis. Per hanc igitur tam potiſſimam veſtre dignitatis virtutem/poſcite mihi corporis ⁊ anime ſalutē ⁊ a deo indulgentiam omniū pctōꝝ meoꝝ: atqꝫ in extrema hora huius vite/venite mihi in adiutorium cōtra omnes laqueos inimici: ⁊ in die iudicij quādo redditurus ſum rationē de peccatis meis ſuccurrite mihi ante tribunal chriſti: vt non deputer cū impijs ad penā: ſed cum iuſtis ad gaudiū et ad gloriam. Agite queſo agite glorioſis veſtris orationibus: vt cor meū inuiſere et inhabitare dignetur ſpiritus almus/graciarum largitor optimus: qui me cunctis viciorū ſordibus expurget: ſacris virtutibus exornet: in dilectione dei ⁊ ꝓximi perſeuerare faciat: vt poſt huius vite curſum ad gaudia ducat electorū ſuoruꝫ benigniſſimus paraclitus: qui cum patre et filio coeternus viuit ⁊ regnat deꝰ per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amē.

¶ Sequens oratio dicit aurea: eo q̄
nulla ea dulcior ꝛ beate virgini Marie
acceptior ſenſu humano dictari poteſt
ſi cū deuotione dicat: ꝑut ipſamet ha
bens eādem ſalutationē aureis litteris
in pectore ſuo ſcriptā, cuidam deuote ꝑ
ſone legitur reuelaſſe.

Aue roſa ſine ſpinis: tu quā pater
in diuinis: maieſtate ſublimauit: ꝛ ab
omni ve purgauit. Maria ſtella dicta
maris: tuo nato illuſtraris: luce clara
deitatis: qua prefulges cunctis datis.
Gracia plena te ꝑfecit: ſpūſſanctus dū
te fecit, vas diuine bonitatis ꝛ tocius
pietatis. Dn̄s tecum miro pacto: verbo
vite carne facto: ope trini conditoris: o
q̄ꝫ dulce vas amoris. Bn̄dicta tu in mu
lieribus: hoc teſtat omnis tribus: celi
ſant te beatam ſup omnē creaturam ex
altatam. Et bn̄dictus fructus vētris tui:
quo nos dona ſemꝑ frui: per ꝓguſtum
hic eternū ꝛ poſt mortē ineternū. Amē
Hūc ſalutis ſenſum: tue laudis gratū
penſum, Corde tuo ſitum pia, clemens

dulcis o Maria. Amen.

¶ Quicunqꝫ sequentē oratiunculā quotidie deuote dixerit sine penitētia ꝛ mysterio corporis christi non decedet: sicut fuit reuelatū beato Bernhardo: cui ab angelo data est

AUe Maria ancilla sancte trinitatis. Aue maria sponsa spūssancti. Aue maria mater domini nostri iesu christi Aue maria soror angelorum. Aue maria promissio prophetarū. Aue maria regina patriarcharum. Aue maria magistra euangelistarum. Aue maria doctrix apostolorum. Aue maria confortatrix martirum. Aue maria fons ꝛ pulcritudo cōfessorum. Aue maria decus et corona virginū. Aue maria salus et consolatrix viuorū ꝛ mortuorū. Mecū sis in omnibus tentatiōibus tribulationibus/ necessitatibus/ angustijs ꝛ infirmitatibus meis: ꝛ impetra mihi veniam omnium delictorum meorum: ꝛ maxime in hora exitus mei: nō desis mihi o pijssima virgo Maria. Amen.

Bonifacius papa dedit oībus ſequen
tem orationem deuote dicentibus cē
tum dies indulgentiarum.

Aue maria alta ſtips lilij caſtita
tis. Aue profunda viola vallis humi
litatis. Aue lata roſa cāpi diuine cha
ritatis. Aue abyſſalis fons omnis gra
cie ⁊ miſericordie: celi ros fructifer, om
nis diuine ſuauitatis et deuotionis.
Amen. ¶ Seqtur oratio de omnib⁹
membris beatiſſime virginis marie:
quam qui deuote dixerit ſpecialē ab
ea grām conſequitur: ⁊ debet dici poſt
quālibet clauſulā vnum vel duo aue
maria iuxta exigentiā membri vel mē
brorum eiuſdē beatiſſime virginis.

O Dulciſſima regina mūdi: dei ge
nitrix virgo maria: dignare me
laudare: adorare ⁊ bn̄dicere tua ſacra
tiſſima ṽginea mēbra nectare celeſti ⁊
diuino recolēda. Aue maria.
Adoro ⁊ bn̄dico beatiſſimos pe
des tuos: q̄bus antiqui ſerpētis cum
omnibus pōpis eius caput calcaſti: et

arcem ṽtutis virginitatiſ prima aſcen-
dens/ dñm portantem oĩa/ ſine grauã
mine portare meruiſti Aue ma.
Adoro ⁊ benedico caſtiſſimũ vte
rum tuũ/ aceruo tritici lilijs candidiſſi
mis vallato/ comparatũ: a ſpirituſctõ
impregnatũ: in quo tanq̃ calamo mũ
diſſimo/ verum deũ ⁊ verum hominẽ
dei filium ↄcepiſti. Aue maria.
Adoro ⁊ bñdico nobiliſſimũ cor
tuũ omni ſapientia celeſti decoratũ: ⁊
ardore charitatis inflãmatum: in quo
ſacra cõferens noſtre redemptiõis my-
ſteria tpe congruo reuelãda diligenter
⁊ fideliſſime cõſeruaſti. Aue maria.
Adoro ⁊ bñdico fecũdiſſima vbe
ra tua botris aſſimulata: ṽtute
celeſti repleta/ q̃bus dei filiũ pro nob̄
paruuluz factũ a quo paſcunt̃ omnia
lactauiſti. Aue maria. Duo.
Adoro ⁊ bñdico manus tuas tor
natiles plenas iacinctis: q̃bus mundi
ſaluatorẽ: natum adorans in p̄ſepio re
clinaſti: ⁊ eius membra ſacratiſſima in

oī puerili neceſſitate reuerētiſſime tra

A Doro τ benedi (ctaſti. Aue ma. co os τ linguā tuā diſertiſſimā: q̄bus angelo nūciāti v̄ba ſalutꝭ τ vite rn̄diſti: τ cū dulci melodia ꝓ ſuſceptis bn̄ficijs grās referens magt̄ decātaſti.

A Doro τ bn̄dico (Aue ma. Duo labia tua melliflua q̄ ſaluatorꝭ orī bn̄dicto genitrix immaculata multoties ꝑ oſcula diūxiſti. Aue ma. Duo.

A Doro τ bn̄dico nares tuas decē tiſſimas: q̄bus dulcedinē diuine preſentie τ floris de nazareth id eſt chriſti dn̄i noſtri mirā fragrantiā ſenſi

A Doro τ bn̄di (ſti. Aue ma. Duo. co obediētes aures: q̄s ad obſeruationē diuinoꝝ preceptoꝝ τ ꝯſilioꝝ inclinaſti: q̄buſq̄ dulcia vite eloq̄a ab ore increate τ ſumme ſapientie ſuſcepi

A Doro τ bn̄ (ſti. Aue maria. Duo dico ſpecioſiſſimos oclos tuos qui ſpōſum aduolare fecerunt. quoꝝ virtus τ efficatia tāta exiſtit. vt neq̄ant eternaliter mori quoſcūq̄ ex ipſis vo-

luerſ miſericorditer intueri. Aue. Oro.

Adoro ꝛ benedico animã tuam ſanctiſſimã ꝛ corpus tuũ mundiſſimũ: in q̃bꝫ dei filio gratiſſimum habitaculũ preparaſti: ꝛ in quibus (vt pie credit̃) in celeſtibus iuxta filium tuũ reſidens. Jam ſtolam ſ duplicem ſpeciali quodã priuilegio in amenitate ſumme btitudinis recepiſti. Aue maria. Oro. ¶ Subſcriptã orationẽ edidit dominus Sixtus papa. iiij. ꝛ cõceſſit omnibus eã deuote dicẽtibus coram ymagine beate virginis in ſole xj. Millia annoꝝ vere indulgẽtie

Aue ſanctiſſima Maria mater dei: regina celi porta paradiſi: domina mũdi: tu es ſingularis virgo pura: tu cõcepiſti ieſum ſine peccato: tu peperiſti creatorẽ ꝛ ſaluatorem mũdi: in quo ego non dubito: ora ꝑ me ihm dilectum filium: ꝛ libera me ab oĩbus malis Amen. ¶ Sequunt̃ oꝛones de ſeptẽ gaudijs corpalibꝫ btẽ Marie virginis ꝛ debet dici aue ma. poſt q̃libet

Virgo tēplū trinitatis: deus ſum
me bonitatꝭ ⁊ miſcđie: qui tue
hūilitatis dulcorēq; ſuauitatis vidit ⁊
fragrātie. De te naſci nunciat̄: cum per
angelū mandat̄/ tibi ſalus gr̄e: modū
queris/ demōſtrat̄: dum ꝓſentis incar-
natur confeſtim rex gl̄ie. Per h̄ gaudiū
p̄camur: vt hunc regē mereamur hr̄e
ꝓpcium: ⁊ ab eo protegamur protecti
recipiamur in terrā viuētiū. Aue. ma.
De ſcūdo gratulatis: cū tu ſolem ſtella
paris: velut luna radiū pariendo non
grauarꝭ: virgo manēs nec mutarꝭ: pro
pter puerperiū: ſicut flos ꝓpter odorez
ſuū non perdit decorē/ cum odor emit
titur. Sic tu ꝓpter creatorē/ virginitatꝭ
candorē non perdis/ cū naſcitur O ma
ria mr̄ pia: eſto nob̄ recta via ad tuum
filiū: ac pro tua gr̄a depelle nr̄a vicia/
per hoc ſanctū gaudium. Aue maria.
De tercio gratularꝭ: ſtellā nouā quam
morari vides ſup filio: cū a magꝭ ado
rari ip̄m cernis ⁊ ditari mūere cū vario
Stella notat vnitatē: treſq; reges trini-

tatē in predicto filio. Aurū mentis pu-
ritatem: mirra carnis caſtitatē: ꝛ thus
deitatem adorādo. O maria ſtella mū
di: a peccato ſimus mūdi: per te plena
gracia ꝛ ꝟtutibus fecundi: leti tecum
ꝛ iocūdi letemur in patria. Aue maria
Quartum virgo tibi datur: cū a morte
ſuſcitatur xp̄s die tercia: per h̄ fides ro-
boraᵀ ſpesq̄ꝫ redit: mors fugaᵀ atq̄ꝫ daᵀ
venia: hoſtis malus captiuatur: dolet
gemit: anxiatur: amiſſa potētia: ho-
mo captus liberaᵀ: ꝛ ab ymo ſubleua
tur ſurſum ad celeſtia. O tu mater crea
toris: funde p̄ces cunctis horis vt poſt
iſtud ſeculū: poſt curſum huius labo-
ris: beatis iūgamur choris ſupernorū
Quintū virgo (ciuium. Aue. maria.
recepiſti: aſcendentē cum vidiſti filiuꝫ
in gloria: tunc aperte cognouiſti q̄ꝫ tu
mater extitiſti: cuius eras filia. In aſcē
ſu demonſtratur/ via per quam aſcen
datur ad celi palacia. Ergo ſurgat ꝛ ſe
quatur: iſtam viā qui moraᵀ in mūdi
miſeria: ꝑ hoc gaudiū rogamus ne ſb-

ſici valeamus demonis imperio. Sed ad celos aſcēdamus: vbi ſemꝑ gaudeamus tecum ꝛ cū filio Aue maria.

SExtum gaudium oſtendit de ſupernis: qui deſcēdit in linguis paraclitus: dum cōfirmat ꝛ defendit: replet: mundat ꝛ accēdit apoſtolos penitus. Ignis in linguis eſt datus: vt per ignem ſit ſanatus homo linguis ꝑditus. Et per ignez ſit ſanatus: qui fuerat maculatus per peccatū penitus: per hꝫ gaudium beatū: ora ṽgo tuum natū: vt in hoc exilio deleat nr̄m reatū: ne ſit nobis in pctm̄ in extremo iudicio Aue.

AD ſeptimū inuitauit cū de mūdo te vocauit xp̄s ad celeſtia: ſuper choros exaltauit: exaltatā honorauit ſpūali gracia: ſic honor tibi preſtatur: ꝙ nemini reſerat͂ niſi per te: nec ṽtutibus dotat͂ niſi per te cui dat͂ virtutū cuſtodia: virgo mater pietatis ſentiamus bonitatis tue beneficiū: vt nos ſerues a pctīs: ꝛ perducas cū beatis ad eternū gaudium o maria mater

munda: a pctis nos emūda per hec ſeptem gaudia: ⁊ ſecūdo nos fecunda: ⁊ duc tecum ad iocūda paradiſi menia. Aue maria. ℣. Dignare me. Oratio.

DOmine iheſu xpe vnigenite ſummi patris: qui glorioſam virginem matrē tuā letificare dignatus es: concede ppicius famulis tuis: eadem gaudia ad honorē virginis ⁊ matris tue ſepe recolere: q̄tinus eius interceſſione gratiſſima: ⁊ meritis glorioſis mereant̄ cum ipſa ⁊ ſanctis tuis omibus in tua gloria eternaliter gloriari Qui.

Item alia oro̅ de eiſdē gaudijs.

GAude v̄go mater xpi: que p aurem concepiſti: gabriele nuncio. Gaude que a deo plena peperiſti ſine pena cum pudoris lilio. Gaude tui quia nati quem videbas mortē pati: fulget reſurrectio. Gaude chriſto aſcendente: et in celos te vidente: motu fertur pprio Gaude que poſt ipſum ſcandis: et ē honor tibi grandis in celi palatio. ℣. Ora pro nobis ſancta dei genitrix. Oro.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0297

DEus q̄ beatiſſimā virginem mariā in cōceptu ⁊ partu dilecti filij tui/ virginitate ſeruata/ duplici gaudio letificaſti: quiq; eius gaudia eodē filio tuo a mortuis reſurgente: ⁊ ad celos aſcendēte multiplicaſti: tribue queſumus: vt ad illud ineffabile gaudiū: quo tecū aſſumpta gaudet in celis: ei⁹ meritis ⁊ precibus ꝑuenire valeamus

¶ Item alia breuis de qnq; gaudijs beate marie ⁊ beati bernardi abbatis clareuallis (vt dicit)

ESt tibi O pijſſima quaſi oſculū imprimere: hunc audire verſiculū. Aue maria gracia plena dn̄s tecum. Tociens enim oſcularis: quotiens per aue ſalutaris. Ergo ad eius ymaginē accedite: oſcula imprimite. Aue maria dicite. Gaude virgo gratioſa: verbo verbum ꝯcepiſti. Gaude tellus fructuoſa: fructum vite protuliſti. Gaude roſa ſpecioſa: vernans chriſto reſurgente. Gaude mater glorioſa/ chriſto celos aſcendente. Gaude fruens delicijs: nūc roſa

iuncta lilijs. Mūdo nos a vicio: ⁊ tuo iunge filio. Amen. Uerſus deuotus.
O dulcis amica dei roſa: vernans atq̧ decora: memor eſto mei dum mortiſ venit hora. ¶ Sequunt̄ orationes de ſeptē gaudijs ſpiritualib⁹. que beata virgo maria nūc habet in celis: prout per eam reuelatū fuit cuidam deuoto: qui cū alia gaudia corpalia ipſius que in hoc mūdo habuit deuote quotidie recoleret. ſibi dixit: vt illa ſpiritualia deinceps recitaret: in quibus ſibi multo amplī⁹ cōplaceret.

Gaude virgo mater chriſti: que tu ſola m̄ernuiſti. O v̄go dulciſſima eſſe tante dignitatis: vt ſis ſancte trinitati ſeſſione proxima. Gaude flore v̄ginali: que honore ſpeciali tranſcēdis ſplendiferum angelorum principatū: ⁊ ſanctoꝝ decoratum dignitate numerum. Gaude nexu voluptatis ⁊ amplexu charitatis iūcta ſic altiſſimo: vt ad votū ꝯſequaris quodvis totum ac precaris ab illo dulciſſimo. Gaude ſplēdens vas virtu-

rum cui pendens eſt ad nutū/ tota celi
curia: te beatam ꝛ felicem ieſu dignam
genitricem venerans in gloria. Gaude
ſponſa chara dei: nam vt clara lux diei
ſolis datur lumine: ſic tu facis orbem
vere tue pacis reſplendere lucis pleni/
tudine. Gaude mater miſeroꝝ: quia pa
ter ſeculorum dabit/ te colentibus/ cō/
gruentem hic mercedem: ꝛ felicem po/
li ſedē regnis in celeſtibus. Gaude pa/
rens virgo pura: certa manens ꝛ ſecura
ꝙ hec tua gaudia nō ceſſabunt: nec de
creſcent ſed durabunt ꝛ floreſcent per
eterna ſecula. Amen. Aue maria dicat
ſemp in fine cuiuſlibet v. Specioſa fa/
ctā es ꝛ ſuauis In delicijs tuis ſctā dei
Supplicationē Oratio. genitrix.
ſeruorum tuorū deus miſerator
exaudi: vt q̄ ſancte dei genitricis et vir/
ginis Marie felicia gaudia: quibus aſ/
ſumpta in celis gaudet: commemora/
mus: eius interceſſionibus ab inſtāti/
bus piculis eruamur: ꝛ ad eterna gau
dia peruenire mereamur. Per eundem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0300

¶ Item orõ deuota ad sanctã trinitatem ꝛ beatã Mariam virginem ꝑ peccatorum venia ꝛ gracia impetranda.

PAter a quo mundus lege firma regitur: a quo certa ratiõe benigne disponit̃: parce plebi que a xp̃o cristiana dicit̃. Adonay ab inferni defende periculo: quos dilecti ſacrauiſti filij vocabulo: quos eiuſdem redemiſti ſalubri patibulo. Fili dei ieſu chriſte dominator dñe: qui pro mundi medicina natus es de virgine: placa patri nos: quos tuo redemiſti ſanguine Athanatos mediator dei ꝛ hominũ: firma pactum pacis huius inter nos ꝛ dominũ ne priuemur regno dei ꝑ cõmiſſo criminũ Qui ꝓcedis ab vtroq̄ʒ paraclite ſpũs: cuius ignis inflãmauit fideles diuinitus/ hoc eodẽ noſtras ſordes igne crema penitus: hoc eodẽ noſtre mentis oc̄los illumina: hoc eodẽ ſenſus nr̃os ſcabroſos examina: hoc eodeʒ vniuerſa nr̃a dele crimina Trinꝰ deus in pſonis: vnꝰ in ſubſtãtia: culpas nr̃as ꝛ reatꝰ plena

dele veniat sic mundos a pctis reduc
ad celeſtia. Aue virgo dei mater vera
ſpes fideliū: porta celi: ſtella maris: re-
cti curſus brauiū: ſumma legis: forma
pacis ſalutis exordiū. Aue virgo. Aue
feta. Aue plena gracia. Aue ſpōſa. Aue
mater. Aue dei filia: quá diuerſa facis
vnum omnipotētia. Fons ſignatus:
ſacramenti ſummi receptaculū: ſcala
iocob: domus dauid: ſalomonis fer-
culū: a leonis ore ſalua chriſtianū po-
pulū. Theotocos v̓ga yeſſe: oliua fru-
ctifera: templū dei: archa noe: colūba
pacifera: ab inferni nos caribdi ineter
num libera. Turris a qua pendet oīs
armatura fortium: roſa florens: ſacra
vitis: lilium conualiū: medicina pecca
torum: virtutis donariū. Uua dulcis:
flos ſuauiū: nardꝰ odorifera: v̓go ſem-
per glorioſa: ſublimis puerpera: prebe
nobis adoptiuis pietatis vbera. Oriē
tis porta clauſa: quam vidit Ezechiel
menſa regis ad quá dapes tulit ipe ga
briel: quaꝝ opem in leonū lacu ſenſit

ſecula cuius poteſt ſolus agnus ſolue-
re ſignacula: in hoc noſtra precū ſtilo
conſcribere vocabula. Tue ṽgo ſancti
tatis luce nos irradia: ⁊ ſic tua pie prece
deo recōcilia: vt poſt mortē gloriemur
in celeſti patria. Ad hoc oēs poteſtates
virtutum celeſtiū: ad hoc oēs ſancti ve
ſtrum petimus auxiliū Miſerere noſtri
deus in perſonis trinitas: miſerere mi-
ſerere noſtri ſimplex vnitas: te ſpiritus
omnis laudet ſempiterna deitas Amē.

¶ Oratio deuotiſſima beati Bernardi
abbatis clareuallēn. quā eū ſemel dice
ret ante ymaginē crucifixi: ipſa ymago
de cruce ſe inclinans cū amplexa eſt.

Salutatio ad pedes.

S Alue mūdi ſalutare: ſalue ſalue
iheſu care: cruci tue me aptare: velle ve
re tu ſcis quare: da mihi tui copiā. Ac ſi
preſens ſis accedo: ymmo te preſentem
credo: o ꝙ nudū hic te cerno: ecce tibi
me proſtreno: ſis facilis aduenia . Cla-
uos pedum plagas duras: ⁊ tā graues
impreſſuras circūplector cū affectu: tuo

pauens in aspectu: tuorꝫ memor vulne
rum. Grates tāte charitati nos agamꝰ
vulnerati: o amator peccatorꝫ: repara
tor confractorū: o dulcis pater paupe
rum Quicquid eſt in me confractū: diſ
ſipatum aut diſtractū: dulcis Jheſu to
tum ſana: tu reſtaura tu complana taꝫ
pio medicamine. Te in tua cruce que
ro: ꝓut queo corde mero: me ſanabis
hic vt ſpero: ſana me ⁊ ſanꝰ ero: in tuo
lauans ſanguine. Plagas duras rubi
cundas: ⁊ fixuras tam ꝓfundas: cordi
meo fac inſcribi: vt cōfigar totus tibi:
te modis amans omnibus. Quiſquis
huc ad te acceſſit: hoſqꝫ pedes corde pſ
ſit: eger ſanus hinc abſceſſit: hinc relin
quens quicquid geſſit. dans oſculum
vulneribus. Dulcis Jeſu pie deus: ad
te clamo licet reus: prebe mihi te beni
gnum: ne repellas me indignū de tuis
ſanctis pedibus Corā cruce procumbē
tem: hoſqꝫ pedes complectentē. Jheſu
bone non me ſpernas: ſed de cruce ſan
cta cernas: cōpaſſionis gracia. In hac

cruce ſtans directe: in te o mi dilecte: totum ad me đuerte: eſto ſanus dic aperte: dimitto tibi omnia. ¶ Salutatio ad genua.

SAlue ieſu rex ſanctorum ſpes votiua peccatorũ in ligno tanq̃ reus: pendens homo verus deus: caducis nutans genibus. O q̃ pauper. o q̃ nudus qualis es in cruce ludus, deriſor iocus factus: ſponte tamen nõ coactus: attritus mẽbris omnib⁹. Sanguis tuus abũdanter fuſus fluit inceſſanter: totus lotus in cruore: ſtans in maximo dolore: ꝑcinctus: vili tegmine: o maieſtas infinita: o egeſtas inaudita quis ꝓ tãta charitate querit te in veritate: dans ſanguinẽ ꝓ ſanguine? Quid ſum tibi reſpõſurus: actu vilis corde durus: quid rependã amatori: qui ꝓ me elegit mori: ne dupla morte moriar? Amor tuus amor fortis: quẽ non vincunt iura mortis. O q̃ pie me ſub dura tua foues impꝛeſſura: me morſu mortis vulnera. Ecce tuo ꝓ amore: te complector cũ rubore, me coapto di

ligenter: tu ſcis cauſam euidēter ſed ſuf
fer ꝛ diſſimula. Hoc qđ ago non gra-
uet ſed me ſanet ꝛ lauet inquinatum ꝛ
egrotū ſanguis hic fluens per totū vt
non ſubſit macula. In hac cruce te cru
entum: te diſtentū ꝛ contēptū: vt requi
ram me impelle: ꝛ hic imple meū velle
facturus qđ deſidero Ut te queram mē
te pura: ſit hec mea prima cura: non eſt
labor: nec grauabor: ſed ſanabor ꝛ mū
dabor: cum te complexus fuero.

Salutatio ad manus domini.

SAlue iheſu paſtor bone: fatiga-
tus in agone: q̄ per lignū es diſtractus
ꝛ ad lignum es cōpactus: expaſſis ma-
nibus. Manus ſancte vos auete: roſis
nouis adimplete: hos ad ramos du-
re iuncte: ꝛ crudeli ferro puncte: tot gut
tis decurrentibus. Ecce fluit circūqua-
q; manus tua de vtraq;: ſanguis tuus
copioſe rubicūdus inſtar roſe: magne
ſalutis preciū. Manus clauis ꝑforatas
ꝛ cruore purpuratas: cordis pre nimio
amore/ſitibundo bibēs ore/ cruoris ſtil

licidiū. O q̄ꝫ large te exponis: ꝓmptus
pro malis atqꝫ bonis: trahis pigros/ pi
os vocas: ⁊ in tuis vlnis locas: paratꝰ
gratis omnibus. Ecce tibi me preſento
vulnerato ⁊ cruento/ ſemper egris mi/
ſereris de me ergo ne graueris: qui pre
ſto es amantibus. In hac cruce ſic extē
ſus: in te meos trahe ſenſus meū poſſe:
velle: ſcire: cruci tue fac ſeruire: te meis
apta brachijs. In tam lata charitate
trahe me in veritate: propter tuam cru
cē almam trahe me ad crucis palmam
dans finem meis vicijs Manus ſancte
vos cōplector: ⁊ gemēdo condelector:
grates ago plagis tantis: clauis diris
guttis ſanctis dans lachrimas cū oſcu
lis. In cruore tuo lotū: me commendo
tibi totū: tue ſancte manus iſte me de/
fendant ieſu xp̄e extremis in periculis.

## Salutatio ad latus domini.

SAlue ieſu ſumme bonus ad par
cendum nimis ꝓnus: membra tua ma
cilenta q̄ꝫ acerbe ſunt diſtenta in ramo
crucis torrida. Salue latus ſaluatoris/

in quo latet mel dulcoꝛꝭ: in quo patet
vis amoꝛis: de quo ſcatet fons cruoꝛis
qui coꝛda lauat ſoꝛdida. Ecce tibi ap-
pꝛopinquo/ per te ieſu ſi delinquo: ve-
recũda quidem fronte tamen ad te ve-
ni ſponte: ſcrutari tua vulnera. Salue
mitis apertura: de qua venit vena pu-
ra: poꝛta patens ⁊ ꝓfunda: ſuper roſaꝝ
rubicunda: medelā ſalutifera. Odoꝛ tu
us ſuper vinũ: virus pellens ſerpenti-
num: potus tuꝰ potus vite: q̄ ſititis huc
venite: te dulce vulnus aperi: plaga ru
bens aperire fac coꝛ meũ te ſentire: ſine
me in te tranſire: vellem totus introire
pulſanti pande paupi. Oꝛe meo te con
tingo: in te coꝛ meũ intingo: te ardēter
ad me ſtringo: te ardenti coꝛde lingo:
me totum in te traijce. O q̄ꝫ dulcis ſa-
poꝛ iſte: qui te guſtat Jheſu xp̄e: tuo vi-
ctus a dulcoꝛe: moꝛi poſſet pꝛe amoꝛe:
te vnum amās vnice. Jn hac foſſa me
reconde: inter meũ coꝛ ꝓfunde: vbi ia
cens incaleſcat: ⁊ in pace conquieſcat:
nec pꝛoꝛſus quēq̄ꝫ timeat Hoꝛa moꝛtis

meus flatus intret ihesu tuū latus: hic expirans in te vadat: ne hunc leo trux inuadat ſed apud te permaneat

Salutatio ad pectus domini.

SAlue ſalus mea deus/ ieſu dulcſ amor meus: ſalue pectus reuerendum cū tremore cōtingendū: amoris domiciliū. Aue thronus trinitatſ: archa lata caritatſ: firmamētū infirmis: pax et pauſa fatigatis: humiliū tricliniū: ieſu dulcis paſtor pie: fili dei et marie: largo fonte tui cordis: feditatē mee ſordis: benigne pater dilue. Aue ſplendor et figura ſumma dei genitura: de theſauris tuis plenis deſolatis et egenis: munus clementer proflue. Dulce Jheſu chriſti pectus: tuo fiam dono rectus: abſolutus a peccatis: ardens igne charitatis: vt ſemper te recogitē. Tu abyſſus es ſophie: angelorum armonie te collaudant. ex te fluxit/ qd iohānes cubās ſuxit: fac in te qd inhabitē. Aue fons benignitatis: plenitudo deitatſ in te manet: vanitatē in me ſanet: qd tu cōfers

consiliū. Aue veruz templū dei: precor miserere mei: tu tocius archa boni: fac electꝭ me apponi: vas diues deus oīm.

Salutatio ad cor domini

SUmmi regis cor aueto: te saluto corde leto: te complecti me delectat: ꝛ h̄ cor meū affectat: vt ad te loquar animes. Quo amore vincebaris: quo dolore torquebaris: cū te totum exhaurires vt te nob̄ impartires: ꝛ nos a morte tolleres. O mors illa ꝙ̄ amara: ꝙ̄ immitis ꝙ̄ amara: que per cellā introiuit in qua vita mūdi viuit: te mordēs cor dulcissimū. Propter mortē quam tulisti: qn̄ pro me defecisti: cor inflamatū ꝛ affectum: o cor dulce predilectū: hoc est qđ opto plurimū. Per medullā cordis mei pctōris atq̄ rei: tuus amor trāsferatur: quo potenter vulnerat̄: quicūq̄ te complectit̄. Dilatare aperire tanq̄ rosa flagrans mire: cordi meo te coniūge: stilla tui roris vnge: qui amat te q̄d patit̄? Quid nā agit nescit vere: nec se valet cohibere: nullū moduz dat amo

ri multa morte vellet mori: amore quiſquis vincit. Uiua cordis voce clamo: o dulce cor nāq amo ad cor meū inclinare: vt ſe poſſit applicare: deuoto tibi pectore O cor dulce predilectū: mūda meum cor illectū: τ in vanis induratū pium fac τ timoratū: repulſo retro frigore. Tuo viuat in amore: ne dormitet in torpore: ad te oret ad te ploret: te adoret te honoret te fruens omni tēpore Roſa cordis aperire: cuius odor flagrat mire: te dignare dilatare: fac cor meuz anhelare: flāma deſiderij. Da cor cordi ſociari tecū ieſu vulnerari: nā cor cordi ſimulatur: ſi cor meū perforatur: ſagittis improperij. Infer tuū infra ſinum cor vt tibi ſit vicinū: vt vix ſeipm capiat: in dolore gaudioſo cū deformi ſpecioſo ſe ſemp inueniat. Hic repauſet hic moretur: ecce iam poſt te mouetur: te ardenter vult ſentire: vult potenter introire: noli me contraire: debes ei conſentire: vt bene de te ſentiat.

¶ Salutatio vultus domini.

SAlue ieſu reuerende: digne ſem
per inq̄rende: me pſentē hic at-
tende: accedentē me accende precordi-
ali gracia Salue caput cruentatū: totū
ſpinis coronatū: arundine ſic verbera
tum: facies ſputo ſic illita. Salue cuiꝰ
dulcis vultus imutatur: ⁊ inultus im-
mutauit ſuum florē. totus vſus in pal
lorem quē celi tremit curia. Omnis vi-
gor atqꝫ viror hinc receſſit nō ammiror
mors apparet in aſpectu. totus pendet
in affectu. attritus egra macie. Hinc a-
ſpectus ſic deſpectus: ꝓpter me ſic inter
fectus. pctōri tam indigno. cauſa amo-
ris in te ſig̊. apparet clara facie. In hac
tua paſſione. me agnoſce paſtor bone
cuius ſumpſi mel ex ore hauſtū lactis
cū dulcore: pre oībus delicijs. Nō me
reum aſperneris. nec indignū dedigne
ris. morte tibi iam vicina. caput tuum
h reclina. in meis pauſa brachijs. Tue
ſancte paſſiōi. me gaudere interponi.
in hac cruce tecū mori. pſta crucis ama
tori. ſub tua cruce moriar. Morti tue tā

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0312

amare grates ago ieſu chare. q̃ es preſens pie deus. fac qđ petit tuus reus vt abſq̃ te nō finiar. Dū me mori eſt neceſſe. noli mihi tūc abeſſe in tremēda mortis hora. veni Jheſu abſq̃ mora. tuere me ꝛ liba. Cū me iubes emigrare. ieſu chare tunc appare. o amator amplectēde. temetipm̄ tūc oſtende in cruce ſalutifera. ¶ Salutatio ad dolores ſingulorum mēbroꝝ chriſti dn̄i noſtri.

SAlue ſalue ieſu pie: fili dei ꝛ marie. qui de patre ſine matre. ꝛ de matre ſine patre es natus mirabiliter. Aures tue tam benigne. omni vere laude digne. angeloꝝ quos cōcentus totus celicus cōuentus mulcet ineffabiliter. Quāta ꝓbra pertulerīt ꝛ q̃ ſepe audiuerunt. hic ſeductor ꝛ pctōr hic vorator ꝛ potator. ſemꝑ habet demoniū. Quis has penas enarrare poſſet oēs ieſu chare. mihi ſapit tecum flere. nec me poſſum ꝯtinē. attēdēs h̄ flagitiū. Hinc latronē ſeuientē. ſic iudeū nūc fremētē vah qui tēplū h̄ repēdit: hic de cruce ſi

Deſcendit: hunc ſcimus dei filiū. Pro/
phetiſa nunc clamare: nunc te petrū ter
negare: crucifige replicare Aue rex te ſa
lutare linguas inſipientiū. Malleoruꝫ
ſonus multos iudeoꝝ hinc tumultus:
hinc marie manās vult⁹: hinc creator
tanq̄ ſtultus ab omnibus deſpicit᷑ Os
ſtillās mellis dulcore: pallet totus pre
horrore: cecos viſu q̄ veſtiuit: hic viſu
frui deſinit: quia ſputis obruit᷑. En pes
caput leua dextera: dolēs paſſim intus
extra: giro hinc illic regiro: nil in tam p̄
claro viro niſi dolor cōſpicit᷑. Pignus
eterni ardoris: huius cauſa ſum dolo/
ris: ſcio ihesu ꝙ ſum reus: miſerere mei
deus: hoc corpus dū relinquit᷑ Amen.
℣. Adoramus te xp̄e ꝛ benedicimus ti/
bi Quia per crucē tuā redimiſti mūdū
D Omine iehſu chriſte Collecta.
rogo te per miſteriū ſancte incar
nationis tue: ꝛ amaritudinē paſſionis
tue: ꝛ excellentiā dilectionis tue ꝛ piiſ/
ſimam genitricē tuam: ꝛ merita ꝛ ſuf/
fragia omniū ſanctorum electoꝝ tuoꝝ:

miſerere mihi petõri nunc ꝛ ſemper in hora exitus mei: ꝛ miſerere clementiſſime deus animabus omniũ fideliũ defunctorum per multitudinẽ omnium miſerationũ ꝛ miſẽdiaꝝ tuarum Amen

¶ Incipit roſariũ beate Marie virginis cũ articulis vite xp̃i: quod quicũq devote dixerit maximas acq̃ret indulgentias Notandũ tamen ꝙ in p̃ncipio debet dici. Credo in deum. poſtmodũ Pater noſter. Aue maria. Et añ quamlibet clauſulã. Aue maria grã plena ꝛc ſine amen. qꝛ quelibet clauſula incipit a relatiuo. qui quẽ vel quo. quod refertur ad ieſum xp̃m. ꝛ poſt decem clauſulas ſemper dicanẽ Pater noſter. Credo in deum Pater noſter. Aue maria.

Suſcipe roſarium virgo deauratũ iheſu per compendium vita decoratum. Aue maria. Quẽ virgo carẽs vicio de flamine concepiſti: dum gabrieli nũcio humillime cõſenſiſti. Aue maria. Quo impgnata citius

cognatā viſitaſti. Johānemq̄ celerius
in vētre ſanctificaſti. Aue maria Quē
ciuitate bethleē letando genuiſti. neq̄
dolorem aliquē gygnendo pertuliſti.
Aue maria Quem regis dauid genere
mox natum adoraſti. ac vagientē vbe-
re virgineo lactaſti Aue maria Quem
pannis faſcijs conſtrictum reclinaſti. ⁊
ſuis obſequijs te totā mancipaſti. Aue
maria Quem magno cū tripudio an
geli laudauerunt. pacemq̄ cum gau-
dio in terris recinerūt. Aue maria Quē
paſtorem omnīū paſtores cognouerūt.
dum in preſepe dominū iacentē inue-
nerunt. Aue maria Qui iuxta ritū ho-
minis paſſus circumciſionē dulcis Je
ſu nominis cepit impoſitionē. Aue ma
ria Qui a tribus regibus feruēter ado
ratur. magniſq̄ muneribus decēter ve-
neratur. Dic vnū pater noſter. Aue ma
ria Quem die quadrageſima in tem-
plo preſentaſti: ac moyſi legittima ſpō-
tanee ſubijſti. Aue maria Quem hero
dem fugiens egypto adduxiſti, tandē

inde rediens ad nazareth veniſti. Aue maria Quem ad feſta tranſiens dolēter perdidiſti. ſed mox templū adiens gaudēter reperiſti. Aue maria Quem manuū per opera ſollicite nutriſti. ⁊ in etate tenera in omnibus ꝓuidiſti. Aue maria Quem iordanis flumine Johānes baptizauit. ⁊ agnoſcens nomine digito monſtrauit. Aue maria Quem ſathanas aſtutijs triphariе tentauit. ſaluator verſucijs. prudenter obuiauit. Aue maria. Qui tua ꝓ oracula aquā in vinum mutat. in quo ſuos miraculo diſcipulos ꝯfirmat. Aue maria Qui obſeſſos plurimis demonibus ſaluauit. ac infirmos varijs languoribus curauit. Aue maria Qui lazarum cum filio vidue ſuſcitauit. puellam cū prodigio ad vitam reuocauit. Aue maria. Qui cum peccatoribus frequenter mā ducauit. hiſcꝫ penitentibus peccata relaxauit. Dic vnum pater noſter. Aue maria Cuius pedes lachrimis peccatrix irrigauit. dolenſcꝫ ex intimis ve-

niam impetrauit. Aue maria. In mõte tabor deforis q̃ transfiguratᷣ: ⁊ glorioſi corporis maieſtas declaratᷣ. Aue maria Cū palmis celeriter in vrbē quem duxerunt: veſpere ſed turpiter vacuū dimiſerūt. Aue maria. In cena q̃ nouiſſima pedes ſuorū lauit: eſcaſqꝫ nobiliſſima cū ſanguine cibauit. Aue maria. In orto mēte auxia prolixe q̃ orauit: ⁊ aquā pre triſticia cuꝫ ſanguine ſudauit. Aue maria. Quē viri malefici crudeliter vixerunt: anneqꝫ pōtifici legatum adduxerunt. Aue maria. Uultū cuius turpibus ſputis malabant: ⁊ pugnarū ictibus dire verberabāt. Aue maria. Quē pilati ſedibus damnandū preſentabāt atqꝫ falſis teſtibus doloſe accuſabant. Aue maria. A iudeis exhibitū herodes quem inuiſit: ſed per deſpectū habituꝫ vt fatuū remiſit. Aue maria. Quē indutum pupura colūne alligatum: corona pungit ſpinea flagellis verberatum. Dic pater noſter. Aue maria. Quē confoſſum vulneribus milites ſubſanna-

runt:ac crucifige vocibus iudei cōcla-
marunt. Aue ma. Ut reū quē ſceleris pi-
latus condēnauit: crucis lignū hume-
ris proprijs baiulauit. Aue maria. Cal-
uarie quē veſtibus loco exuerūt ⁊ ma-
nus cum pedibus cruci affixerūt. Aue
maria. Pro ſuis tortoribus attente hic
precatur: dū crucis doloribus extēſus
tenebat. Aue maria. Qui latroni om-
nia crimina dimiſit: ac paradiſi gaudia
illico ꝓmiſit. Aue maria. Qui iohanni
diſcipulo te matrē commendauit: quē
tibi in patibulo in filiū donauit. Aue
maria. Qui ſe relictū ab omnibus dū
patri querulat: inimicoꝝ vocibus tur-
piter blaſphemat. Aue maria. Qui dū
exhauſtis viribꝰ ſitio cātauit: fel et ace-
tum faucibus miles ꝓpinauit. Aue ma-
ria. Qui ꝓphetarum edita cōſummans
paſſione: primi parētis debita perſol-
uit ratione. Aue maria. In manus pa-
tris tradidit ſpiritū precioſum: alta vo-
ce dum edidit canticum dulcoroſum.
Pater noſter. Aue. Crucis mortē ſubi-

ens in pace obdormiuit. electos eripiēs
infernū introiuit. Aue maria. Satelles
latus domini lancea perforauit. hinc
aqua iuncto ſanguine abunde emana-
nauit. Aue maria. Cuius corpus ſan-
ctiſſimum de cruce receperunt ⁊ ſepul-
crum mundiſſimum eidem aptauerūt
Aue maria. Qui virtute propria a mor
te reſurrexit: teqꝫ a triſticia diſcipulosqꝫ
erexit. Aue maria. Super celoꝝ ſidera
aſcendit v̓tuoſe: atqꝫ in patris dextera
reſidet glorioſe. Aue maria. Qui pen-
thecoſtes ipſum ſpiritū miſit apoſtolis
ꝑ fenore añ vt ꝑ miſit Aue maria Qui
te ſuper ethera potenter exaltauit. ⁊ in
ſua dextera decēter collocauit. Aue ma
ria. Propter mūdi ſcelera qui iudex eſt
venturus. ſinguloꝝ opera ſtrēnue diſ-
cuſſurus. Aue maria. Dira q̄ ſupplicia
eſt reprobis daturus. ſed electis gaudia
eterna collaturꝰ. Aue maria. Orantibꝰ
roſarium aureū tue matris Jeſu xp̄e ꝓ
picium fac vultū tui p̄ris Amen. ℣ In
omni tribulatiōe ⁊ anguſtia nr̄a. Suc

Iecurre nob beatiſſima. Collecta.
Interueniat pro nob quſs dñe ie
ſu xpe apud tuam clementiã glorioſiſ
ſima dei genitrix virgo ſemper maria.
cuiꝰ ſacratiſſimam animã in hora paſ
ſionis ꝛ mortis tue doloris gladius ꝑ
trãſiuit. Qui cũ a deo pr̃e ꝛ ſanctoſpũ.

¶ Sequunt orationes ſeu cõtempla
tiones multũ deuote cum graciarũacti
onibus: de oibus beneficijs a deo hũa
no generi impẽſis: ꝛ ſpecialiter in ope
noſtre redemptiõis incarnatiõis et paſ
ſionis xpi. Et primo ponit oratio exci
tatiua hũane mẽtis ad laudandũ deũ

Domine deus meus lau
dare te deſidero: quia ad
laudandũ te creatum me
agnoſco. Aperi os meum
in laude tua: vt cantẽ glo
riam nomini tuo. Excita cor meũ in te:
repelle omne tediũ: infunde graciã: ac
cende amorẽ: aufer iniquitatẽ ſerui tui
munda me ab oi inqnamento carnis
ac ſpũs: vt dignꝰ efficiar in tui nois ho

noꝛē labia mea aperire. Sed tuā abyſ
ſalem maieſtatis dignitatē quis digne
laudare poterit? Ecce oēs virtutes celo
rum atq̧ vniuerſe ptātes angelice non
ſufficiunt tue celſitudinis magnitudi
nem cōdigne laudare: quanto minus
homo fragilis, putredo ⁊ vermis: de
ficit enim in digna laude tua oīs crea
tura: omnis oratio: oīs lingua ⁊ ſermo
cinatio. Quid igit̄? Ceſſabo a laude: qꝛ
te digne nequeo laudare? aut ideo ta
cebo: ⁊ omnino mutus ero: qꝛ immun
dum ⁊ inſufficientē me eſſe cognoſco?
Abſit a me ingratitudo iſta: vt ceſſem lau
dare te quē laudare debet oīs creatura
Maxime aūt homo rationalis cui tan
ta bona cōtuliſti. ¶ Laus ſancte trini
tatis ꝓpter ſeipſaꝫ

Domine deus omnipotēs eterne: ineffabilis: ſi
ne fine: ⁊ abſq̧ initio: quē vnum in tri
nitate ⁊ trinū in vnitate confitemur: te
laudo. te adoꝛo. te gloꝛifico. o btā trini
tas, ꝓpter hoc qđ in te ipſo es. q̄a tu es
ſummū bonum. de quo manant om

nia bona. Tu es fōs ⁊ origo omniū bo
norum. Tu felix eternitas. Tu eterna fe
licitas. Tu abyſſus totius felicitatis Tu
ſolus deus ⁊ dn̄s: ⁊ non eſt p̄ter te ali⁹

De creatiōe celi ⁊ terre ⁊ omnium que in eis ſunt.

Laudo ⁊ glorifico te beata trinitas. ꝙ celū ⁊ ter-
ram ⁊ ſolem ⁊ lunā ⁊ ſtellas ⁊ oīa que
in eis ſunt/tam potēter ex nihilo creaſti
tā ſapienter diſcernēs proprijs figuris
⁊ naturis. tā benigne diſponēs ad vti
litatem ⁊ cōſolationē hominis anteq̄
creares eū. Laudo ⁊ adoro ⁊ glorifico
te ꝙ etiā ſctōs angelos creaſti ad lau-
dandum ⁊ fruendū te eternaliter. ⁊ vt
nobis in hoc exilio fideliter aſſiſtant cō
ſilijs ⁊ auxilijs oportunis.

De creatione hoīs ⁊ lapſu ei⁹ miſerabili

Laudo et adoro et glorifico te et
grās ago tibi ſancta trinitas vn⁹ deus
quo ad declarandū bonitatis tue inef
fabilē bonitatē. omnia ꝓpter hominē
creaſti. hominē tamen ꝓpter te ꝓprijs
manibus tuis de limo terre plaſmaſti.

ad ymaginem ⁊ ſimilitudinē tuam il-
lum formaſti intellectu ⁊ libero arbi-
trio nobilitaſti. Laudo ⁊ glorifico te ꝑ
maximo illo munere: quo euz in para
diſo collocaſti delitijs affluentibus vt
haberet ſumma ad fruendū. inferiora
ad regendum: ⁊ cuncta ſimul poſſide-
ret ad te perpetuo collocandū. Laudo
⁊ honorifico te deus piiſſime. pro tua
excellentiſſima miſeratione: ⁊ indicibi-
li miſericordia: qua homini preuaricā-
ti ⁊ omnibus beneficijs tuis ingrato-
ab irreparabili damnatione peperciſti
ipſum ꝑ culpis ſuis ad agendum peni
tētiam extra paradiſi amenitatē emittē
do. Qui licet eterna damnatione pro
ſua tranſgreſſiōe dignus extitiſſet. nec
vllam veniā conſequi debuiſſet: nō es
tamen vſus hac ſeuerietate iuſticie/ſed
dulcedine ineffabilis miſericordie: im-
ponendo illi onus digne penitentie ⁊
poſt longa tempora oleū exhibendo
diu optate indulgentie. ¶ De repara
tione hoīs ⁊ ꝑmiſſione aduentus xp̄i.

Laudo ⁊ glorifico te domine deus omnipotēs ⁊ clemens: tibiqꝫ gracias ago: cuius natura bonitas: cuius voluntas potētia, cuius opus miſericordia eſt: ꝑ tua immenſa clementia: qua hoīem dyabolica malignitate deceptum: atqꝫ mortalis veneni cōtagio proſtratum non diſtuliſti a multiplicibus peccatoꝝ ſordibꝰ ad viam penitētie ⁊ rectitudinis ſtatū reuocare: dādo illi ſpem venie ⁊ conſolationē recuperande ſalutis: ꝑ ſalutiferi aduentus tui promiſſionē: ⁊ ne forte per ignorantiā homo ſuā poſſet excuſare maliciā, conſuluiſti frequenti eius errori, pandēdo legē. inferendo plagas: aperta iudicia exercendo in peccatores: multiplicādo ſigna: promittendo bona futura: ita vt eſſent inexcuſabiles. qui ſe ad cultū tuum ⁊ veritatis iudiciū non conuerterent. Nam ⁊ quinqꝫ ſeculi etatibus per patriarchas: iudices: ſacerdotes: reges ⁊ ꝓphetas ab Abel iuſto vſqꝫ ad iohānem baptiſtā precurſorē tuum. nō deſti

tiſti deſiderabilē aduentum tuū. miris ſignis ac multiplicibus oraculis pnunciare. pmittere ac prefigurare vt intelligentias noſtras tot teſtibus precurrētibus: ac tua myſteria nūciantibus ad fidem erigeres: ꝛ torpētes affectus nr̄os: per viua tot patrū antiquoꝝ exempla inflammares. ¶ De redēptiōe humani generis per verbi incarnati myſteriū.

L Audo ꝛ glorifico te domine deus creator ꝛ redēptor generis humani: tibiq; grās ago ꝑ tua nimia charitate qua hominē mirabiliter creatū mirabilius reformare voluiſti. Cū eni adhuc eſſemus inimici tui: ꝛ mors iniqua in omne genus humanū iniquū exerceret dominiū: recordatus es vberum miſerationū tuarum. ꝛ ꝓſpexiſti de ſblimi habitatiōe glorie tue in hāc vallem ploratiōis ꝛ miſerie. Uidiſti ſiquidem afflictionē populi tui magnā ſuper terrā: graue onus filioꝝ adam: idcirco tactus dulcore charitatis intrinſecus appoſuiſti cogitare ſuꝑ nos cogi

tationes pacis ⁊ redēptionis. Nā vbi venit plenitudo temporis/ venisti nos visitare oriēs exalto ⁊ desideria ꝓpharꝫ p ſuſcepte incarnatiōis exhibitionē adimpleſti: verus deus ⁊ hō apparendo.

¶ De electione glorioſiſſime v̄ginis Marie in matrē domini ⁊ mirabili cōceptiōe christi.

Laudo ⁊ glorifico te ſaluator noster ieſu xp̄e. p tua maxima humilitate: qua paupculam virginē mariam pre oībus mulieribus dignatus es in matrē eligere: vt in ea complerent̄ oia. que patriarche ⁊ ꝓphete predixerūt. quiꝙ eam pauperi ſabro videlicet Joseph iuſto ⁊ ſancto viro deſponſari feciſti. Benedico te p tua digniſſima incarnatiōis tue annūciatione: ⁊ reuerenda angelica ſalutatione/ qua beatiſſimā virginem Mariā angelus gabriel deuotiſſime ſalutauit annuncias ei myſteriū: ⁊ dei filium ex ea incarnandū. Laudo ⁊ honorifico te pro magnitudine fidei Marie virginis/ pro firmo eius aſſenſu: ⁊ humilli-

ma eius reſponſione: ac cũctis virtuti-
bus illius/quas tũc ſpecialiter demon
ſtrauit: quãdo archangelo euangelizã
ti ita obedienter rñdit Ecce ancilla dñi
fiat mihi ſm verbum tuũ. De coopa-
tione omniũ trium perſonarũ in diui-
nis q̃ ad myſteriũ incarnatiõis.
GRacias tibi ago dñe deus pater
eterne: ꝓpter nimiam charitatẽ qua di-
lexiſti nos opus manuũ tuarum intan
tum/ꝙ in te nobis ſubuenire voluiſti:
cogitans ſup nos cogitatiões pacis et
vnico filio tuo non parcens ipm ꝑ ſer
uo redimendo in terras miſiſti. Gr̃as ti
bi ago fili dei viui q̃ cũ eſſes verus de⁹
deo patri ſanctoq; ſpiritui coeternus ⁊
conſubſtãcialis/obediẽs patri hũanã
naturam in te aſſumere dignatus es.
Gr̃as tibi ago dñe ſancte ſpũs qui nr̃e
redẽptionis ↄſiliũ fuiſti: ⁊ eaſdẽ cogi-
tatiões pacis adhuc in corde pr̃is clau
ſas per mariã virginẽ adimplere diſpo
ſuiſti ¶ De virtutibus btẽ Marie vir-
ginis q̃bus meruit eſſe mater domini.

Laudo ⁊ glorifico te o v̾go virgi
nū maria q̄ nec p̄mā ſimilē viſa
es: nec hr̄e ſequentē: que p̄ma inter femi
nas ſeruāde virginitatis votū vouiſti:
⁊ glorioſum munus deo obtuliſti: cuꝫ
hoc a nullo hoīe nec verbo ꝓdidiciſſes:
nec exemplo ad imitationem inuitata
fuiſſes: hac qꝛ virtute cū ceteris ornata
deo placuiſti: ⁊ viuendi exemplū oīb⁹
reliquiſti. Tu virga yeſſe florida ⁊ fru-
ctifera: de qua vnicus ille ⁊ ſingularis
flos ⁊ fructus ꝓdijt: vnde virtutū ſpi-
ritualium germē erupit. flos ſuauiſſi-
mum emittens odorē: fructus ſapidiſſi
mum immittēs dulcorem: flos cuius
bonitas expellit meſticiā: fructus cui⁹
ſacietas plenam dat leticiā: benedicta
virgo de radice yeſſe: bn̄dictus ⁊ flos q̄
de tali radice aſcendit. Bn̄dicta arbor:
bn̄dict⁹ ⁊ arborꝭ fructus. De natiuita

Gracias ti- te ⁊ pauꝑtate Jeſu.
bi ago dn̄e ieſu xp̄e. eterna pr̄is
ſapiētia. ꝑ tue inattingibilis altitudis
admirāda inclinatiōe in nr̄e mortalita

tis vile ergaſculū: ⁊ ꝑ tua puriſſima ex
Maria virgine conceptione. In cuius
vtero ſanctiſſimo nouē menſibus clau
ſus: ⁊ in hunc mundū virginali thala
mo mirabiliter ꝓcedens: atq; ab ange
lis qui canebāt gloria in excelſis lau
datus: ⁊ a paſtoribus queſitus ⁊ in
uentus: pannis inuolutus: ⁊ in preſe
pio reclinatus: quia nō erat tibi locus
in diuerſorio: nec cunabula q̄ teneri
tudinē tuam acciperēt. ¶ De diuerſis
incomodis indigētijs infantilib⁹ deq;
vagitibus: lactatiōe ⁊ nutritione eſuri
entis ieſu

Gracias tibi ago dn̄e
ieſu chriſte: ſplendor p̄ne glorie
ꝓpter ineffabilē leticiaꝫ tue glorioſe ge
nitricis v̄ginis Marie: quā habuit in
natiuitate tua: ⁊ qn̄ te in ſinu ſuo nutri
uit: pannis inuoluit: in p̄ſepio reclina
uit: lactauit: cibauit: balneauit ⁊ cunis
ligauit: ⁊ in v̄ginali gremio te ſuum
dilectū faſciculum collocauit. imp̄mēs
frequenter oſcula ſui delicati oris. quā
do te vidit moleſtias paruuli vagiētis

ſuſtinentē, ⁊ laxatis faſciolis manus et
ſancta brachia per cunaꝝ paruitatē ex-
tendentem: alludentē: arridentē ſibi et
blandientes oculos ad ſe retorquentē

¶ De doloroſa circūciſione innocen-
tis ieſu: ⁊ de noua impoſitiōe dulciſſi-
mi nominis eius

GRacias tibi
ago dn̄e iheſu chriſte: ꝙ octaua
die legalibus parēdo mādatis circum
ciſus es: ⁊ ſanguinē tuum innocentem
ꝓ nob, adhuc infans, effudiſti: ac dul-
ciſſimi nois iheſu vocabulo inſigniri
voluiſti: iuxta cuius interꝑtationē ab
angelo expoſitā, nos populū tuum pe
culiarem a pctis noſtris ſanare decreui
ſti: ſalutemꝗ noſtrā deinceps operari
non deſtitiſti.

¶ De apparitione Jeſu
⁊ deuota ſanctoꝝ regū oblatione: nec
non purificatiōe beate Marie ⁊ pſen-
tione pueri in tēplo.

GRacias ti-
bi ago dn̄e Jeſu chriſte: ꝙ tā de-
ſiderabiliter a Magiſ queſitus es: ⁊ ſtel
la duce, tandem inuentus. Atꝗ ab eis
valde humiliter adoratus: ⁊ ſuis rega-

libus ac miſticis donis deuotiſſime ve
neratus. Quiqȝ legalib⁹ per oīa te ſub
dens inſtitutis. inter nobiles amplex⁹
piiſſime matris tue. cū hoſtijs pauperū
celi dn̄o preſentatus in templū: ac ſub
fragili nr̄e carnis ſubſtātia teipſum ſa-
lutarē hoſtiam ꝑ nobis deo patri ob-
tuliſti: ⁊ beato ſeni ſymeoni tue diuini
tatis archanū per inhabitantē ſpiritū
reuelaſti. ¶ De pſecutiōe ihesu ⁊ fuga
eius in egyptū ⁊ de ſanctis innocētib⁹
ab herode occiſis

G Racias ago tibi dn̄e ieſu xp̄e: ꝙ tu ſapientia
patris ⁊ virtus altiſſimi oēs infirmita
tes: debilitates ⁊ defenſiōes nr̄as in te
tam pfecte aſſumpſiſti: vt mortē ⁊ ho-
minem mortalem fugeres de loco ad
locū. Quia herodes doloſe te queſiuit
⁊ non inuenit: vn̄ ⁊ p̄cepit occidi mul-
tos pueros in bethleē abinatu ⁊ infra
vt te poſſet interficere int̄ illos Sed tu
ſpes pegrinorū ingreſſus es in egyptū
⁊ ad introitum tuū ceciderunt ſimula
cra egypi. Ibiqȝ ſeptem annis mora-

tus es in exilio: ⁊ penuriam ac magnā paupertatem pertuliſti: quia tui te non receperunt: ſed mox ab ipſo exordio te contempſerunt. Et poſt mortē herodis reuocatus es ab egypto. ⁊ in nazareth perductus: ibiqꝫ parētibus humiliter ſubditus fuiſti. ¶ De inuentione ieſu in tēplo: ⁊ de ſcta ⁊ occlta vita ei⁹.

Gracias ago tibi dñe iheſu criſte q̄ duodecim annos nondū impleueras: ⁊ in templo ſediſti: in medio doctorum interrogās ⁊ audiens illos: plus vero docuiſti dum prudēter interrogaſti. Et preconia ꝓpria in eſaia legiſti: ⁊ tu fili dei viui creſcere cepiſti etate ⁊ ſapientia apud deū ⁊ homines et trigintatrib⁹ annis ſeruiēs fuiſti ꝓpter noſtram ſalutē: ⁊ conuerſatus es inter hoies pie. iuſte ⁊ manſuete: humiliter ⁊ patienter: vt dares nobis exemplū viuendi. Rogo te pijſſime ieſu ſuper oēs virtutes: in q̄bus vitam tuā peregiſti: vt facias me creſcere ⁊ pficere in oi ſpirituali felicitate: ⁊ q̄tidianis incremen-

tis omniū virtutum ad laudē ⁊ gloriā
nominis tui. Qui cū. ¶ De baptiſmo
Jeſu ⁊ eius ieiunio in deſerto.
GRatias tibi ago dn̄e Jeſu criſte
qui in ſctō baptiſmate tuo: qd̄ accepiſti
in iordanis flumine cōſecraſti ⁊ ſacrifi-
caſti fontem nr̄i baptiſmatis: ⁊ ibi ſan-
cto iohanni tuā glorioſam trinitatem
oſtendiſti: ⁊ poſt baptiſmū ductus in
deſertū ibiq₃ in magna abſtinētia ⁊ acer
bitate fame ⁊ ſiti: frigore ⁊ eſtu labo-
raſti: ventis ⁊ ymbribus: anguſtijs ⁊ ce
teris infirmitatibus hominū ſubditus
fuiſti: ⁊ multas noctes in orōnibus et
lachrimis pernoctaſti: ⁊ q̄ cibus ange-
lorum ⁊ hominū fuiſti, cuz ieiunaſſes
quadraginta diebus ⁊ q̄draginta no-
ctibus, poſtea eſuriſti ⁊ ſitiſti: tentatio-
nes illuſoꝝ ſpirituum equanimiter per
tuliſti. O bone ieſu rogo te per oēs ſan
ctas ⁊ deuotas orōnes quas effudiſti
in illis quadraginta diebus ⁊ noctib⁹
⁊ quas vnq̄ꝫ ꝑ nobis effudiſti in cōſpe
ctu dei patris: ⁊ per oēs ſanctas ⁊ per-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0334

fectas cogitatiões verba τ opa tua ſan
cta τ perfecta: fac me ſanctū τ perfectū
in omnibus cogitatiõibus v̓bis τ ope
ribus meis ad laudē τ gloriam nomi-
nis tui. Qui cū. ¶ De predicatiõe τ ſa
lutari doctrina dñi Jheſu deqꝫ glorio-
ſis eius ſignis exemplis τ bonis mori
bus variiſqꝫ tribulatiõibus in hac vita

GRacias tibi ago dñe Jheſu xpe:
ꝓpter hoc tempus: qđ a die ſan
cti baptiſmi tui vſqꝫ in diem glorioſe
mortis peregiſti: q2 in tēpore ꝯgregaſti
conuentū diſcipuloꝝ: τ ex omnibꝰ ele
giſti tibi duodecim aplos: vt ſbijceres
tibi per eos ſuperba τ alta iſtius mun-
di: τ illis diebus ſinū tue clemētie τ mi
ſericordie expandiſti oïbus reuertenti-
bus ad te: τ remiſſionez peccatorum τ
introitū regni celorum palā omnibus
predicaſti: perambulās ciuitates τ ca-
ſtella: τ ſepe fatigatus ex itinere τ frigo
re τ a ſolis feruore. Et in his omnibus
perpeſſus es multas perſecutiões τ cō-
tumelias a populo: quē eligiſti in here

uitatem: ⁊ a ꝓgenie de qua natus fui-
ſti: quia erant tibi cōtradictores in ver-
bis: obſeruatores in factis: inſidiantes
tibi diebus ac noctibus: et quottidie ſi-
tientes mortem tuam: reſiſtentes tibi: ⁊
dehoneſtantes te verbis ⁊ operibus: ⁊
blaſphemabant te dicētes. Non eſt hic
homo a deo: peccator eſt: demonium
habet. In belzebub principe demoni-
orum eijcit demonia: Seducit turbas:
vorax eſt: et portator vini Amicus pub-
licanorum: hec ⁊ his ſimilia dixerunt-
te blaſphemātes: et ſepe lapidibus im-
petentes: ⁊ hec omnia pacienter pertu-
liſti: factus coram eis ſicut homo non
audiens: et non habens in ore ſuo re-
dargutiōes. Et quia duri cordis erant
homines: et tardi ad credendū: ſermo-
nem tuum confirmaſti ſequentibus ſi-
gnis In nuptijs aquam in vinum mu-
taſti: de quinqꝫ panibus et duobus pi-
ſcibus quinqꝫ milia hominum ſatiaſti
Et ſupra mare ambulaſti. Et in monte
coram diſcipulis tuis Petro iacobo et

Johanne te transfiguraſti. Cecos illu-
minaſti. Surdos audire: mutos loqui:
claudos ambulare feciſti. Lunaticos
ſanaſti: poſſeſſos a demone liberaſti.
Mortuos reſuſcitaſti. leproſos munda
ſti: paraliticos ꝛ aridos curaſti. Mulie-
rem in adulterio dephensam a damna
tione mortis liberaſti. Mariā magda-
lenam a peccatis ſuis mūdaſti. Mulie-
rem a fluxu ſanguinis ſanaſti. Mulierē
pro filia rogantē letificaſti. Mulierem
decem ꝛ octo annis incuruatam erexiſti:
fatigatus ex itinere/ laſſus ſuper fontē
ſediſti: ꝛ mulieri tecum colloquenti co
gnitionem tui ꝛ ſuipſius dediſti. Cor
mulieris in predicatione/ tua gracia in
tantum inebraſti/ vt in medio populi
clamaret ꝛ diceret. Beatus venter qui
te portauit ꝛ vbera que ſuxiſti. Gracias
tibi ago domine Jheſu chriſte propter
hec ꝛ propter omnia ſigna ꝛ prodi-
gia ꝛ opera pietatis ꝛ miſericordie: que
vnꝗ feciſti: ꝛ propter illam ſingula-
rem pietatem ꝛ dilectionem quam di-

lectrici tue veronice oñdiſti: cum ei ymaginem tuã relinquere voluiſti.

¶ De reſuſcitatione lazari: ⁊ humilĩ ingreſſu in ciuitatẽ ieruſalem in die palmarum: ⁊ eiectione vendentiũ ⁊ ementium de tẽplo

actuq̧ viuebas: celoꝝ premia merca-
tus es: ꝑ illũ. q̄ te de naui vocauit: de
precor te: vt tuis meritis ab omni fan-
taſia ſathane me eripias: ⁊ a futura ira
defendas ⁊ virtutẽ tuã mihi ante tri
bunal chriſti oſtendas. Per chriſtum.
℣. Dilexit andream dñs. In odorem
ſuauitatis.

Oratio.

Maieſtatẽ tuam dñe ſuppliciter exoramꝰ
vt ſicut eccl̄ie tue btũs andreas apl̄s ex
titit predicator ⁊ rector. ita apud te ſit
ꝓ nobis perpetuus interceſſor. Per.

¶ De ſancto Johẽ euãgeliſta oȓo.

S Ctē iohannes euāgeliſta dñi:
q̄ ſupra pectus dñi in cena re
cubuiſti: depcare ipm fontem
ſcientie: de quo vere hauſiſti fluēta do
ctrine: vt luce ſue v̄itatis. tenebras pec
catorum meoꝝ effugare ꝛ illuſtrare di
gnetur. ꝛ q̄ te eripuit de feruētis olei
dolio. ipe me eripiat de eterne mortis
periculo. Amen.

¶ Alia oratio de eodem.

S Ctē Johēs euāgeliſta. celeſtiū
ſecretoꝝ ſblimiſſimꝰ ſcrutator
ꝛ dñſor. Jmmēſas ꝛ ineffabiles diui
tias ſuauitatꝭ: q̄s de ſacrario dñici pec
toris potaſti: nos miſeri petimꝰ: vt tuo
interuētu ab imminētibꝰ huius ſecl'i p
turbatōibꝰ liberati. et ne btitudis gau
dijs pfrui mereamur: ꝛ me oēſq̈ fidles
gr̄e ꝛ ꝓtectiōi dine brēq̈ dī genitrici cō
mēdare digre. P. v. Cibauit eum dñs
pane vite ꝛ intellectus. ꝛ aq̄ ſapie ſalu

S It dñe Orō. tarꝭ potauit eū
q̄ms. beatus iohēs euāgeliſta
noſtre fragilitatis adiutor: et

ꝑ nobis tibi ſupplicãs copioſius exau
¶ De ſctõ Thoma oꝛõ. (diat. Per.
SAncte thoma: qui ꝓprijs mani-
bus latus redẽptoꝛis noſtri pro
nobis vulneratũ attingere meruiſti: te
per eandẽ gratiam: quã tunc accepiſti
quando ops deus vulnus ambigui-
tatis a te abſterſit: depcoꝛ. vt anguſtias
quas pro peccatis meis patioꝛ: ⁊ iram
quã mereoꝛ. tuo precatu auertas ⁊ ſu-
ſpẽdas ⁊ me organoꝝ laudibus in oĩ
charitate triũphare concedas. Per. ℣.
Qꝛ vidiſti me thoma ⁊ credidiſti. Bea
ti qui nõ viderunt ⁊ crediderũt. Oꝛo.
QUeſum⁹ ops deus. vt beatus
thomas apłs tuũ ꝑ nobis im
ploret auxiliũ: vt noſtris reati-
bus abſoluti. a cũctis etiam periculis
eruamur. Per dñm noſtrum.
De ſctõ Mathia apłõ oratio.
SAncte mathia: qui dño diſpo-
nente beatoꝝ apoſtoloꝝ ſorte ⁊ mun-
diſſimis oꝛõnibus in locũ Jude ꝓua-
ricatoꝛis electus: clariſſimis tuis ṽtuti

bus apoſtolus xp̄i ⁊ p̄dicator ⁊ martir eſſe meruiſti. te ſuppliciter imploro: vt meritis ⁊ interceſſiōibus tuis: ab eodē domino nr̄o ieſu xp̄o. veniam peccatorum meoꝝ in hoc ſec̄lo percipiā: ⁊ in futuro vitā eternam poſſideam. Per
℣. In oēm terrā. Et in fines. Oratio.

DEus qui btm̄ Mathiā apoſtolorum tuoꝝ collegio ſociaſti: tribue queſumꝰ: vt eius interuentione. tue circa nos pietatis viſcera ſentiamus. Per xp̄m dominū.

¶ De ſancto Philippo ap̄lo. Oratio.

SAncte philippe ap̄le domini: q̄ ab omnipotenti deo vnigeniti dei patris filio. eundē patrem tibi ⁊ cō ſocijs tuis oñdi petiſti: te miſer ego peccator. omniū criminū ſordibus obuolutus. dep̄cor: vt ab omni me diſtricto flagello. qd̄ iuſte mereor: ⁊ ab om̄i dānatione ⁊ a vētura ira liberes: ⁊ lampadibus ornatū ⁊ letum ad regē glorie ꝑducas. Per xp̄m dn̄m.

¶ De ſct̄o Jacobo minore Oratio.

Sancte iacobe apoſtole dn̄i: frater Johānis apoſtoli ⁊ euāgeliſte: per abſciſionē precioſi capitis tui: quā ſuſtinuiſti ꝑ amore domini: te deꝓcor ego peccator omni ſpurcicia plenus: vt me tuis glorioſis meritꝭ ab oī diſtricto iudicio. quod iuſte mereor: ⁊ ab ira ventura miſericorditer eripias: ⁊ atro agmine fugato: ſancto agmine ꝓpinquante in conſortiū angelorum ⁊ ſinū abrahe me tradas. Per. ℣. In omnē terram. Et in fines. Oratio.

Exaudi nos deus ſalutaris nr̄: ⁊ apoſtolorꝫ tuorum Philippi et Jacobi tuere pſidijs: quorꝫ donaſti fideles eſſe doctrinis. Per xp̄m dn̄m.

¶ De ſancto Jacobo maiore Orō.

Sancte Jacobe alphei. per graciam qua frater domini vocari meruiſti: te deprecor vt me a preſenti flagello ⁊ a cōſuetudine peccandi ⁊ ab immūdicia cordis ⁊ corpis ⁊ a ventura ira liberes: ⁊ aureā coronam mihi reddas: que varijs gemma-

rum floꝛib⁹ fulgeat: ac celeſti lumine ſplendeſcat. Per. ℣ Dediſti hereditatē Timētibus nomen tuum dn̄e. Oro.

Eſto qͥs dn̄e plebi tue ſctificatoꝛ ⁊ cuſtos: vt btī Jacobi apl̄i tui munita p̄ſidijs: ⁊ conuerſatiōe tibi placeat: ⁊ ſecura deſeruiat libtate. P.

¶ De sctō Bartholomeo apl̄o oratio bona.

Sancte Bartholomee: per grāz qua meruiſti vocari amic⁹ dei: ego miſer ⁊ pollutus ſeru⁹, ſordidiſſimus pctōꝛ: te dep̄coꝛ per eū. q̄ te ⁊ ſocios tuoſ. nō ſuos ſȝ amicos vocauit: vt me tuis p̄cioſis meritiſ liberes ab oībus v̄ſucijs dyaboli ⁊ inſidijs ⁊ terroꝛib⁹ ⁊ impugnationibus ⁊ dānatiōe ⁊ illuſiōe viſibilis ⁊ inuiſibil' hoſtis in die furoꝛis dn̄i: ⁊ in fine vite mee ꝯ aduerſarios meos in adiutoꝛiū meū venias: ⁊ binis luminib⁹ ſuffulto, veſtigia agni oſt̄das. Per xp̄m. ℣. Annūciauer̄t opa dei. Et fctā eius intellexerunt. Oratio.

Preſta q̄s ops deus: vt btūs bar

tholomeus apl'ſ: tuū ꝓ nobis implo-
ret auxiliū: vt a noſtris reatibus abſo-
luti, a cūctis etiā ꝑiculis eruamur. P.

¶ De ſctō Matheo apoſtolo.

SAncte Mathee apl'e: per illā om
nipotentis dei graciā. qua te de thelo-
neo vocauit: ⁊ poſt ſe duxit: tua ꝑcio-
ſa merita ego pctōr deprecor: vt me ab
anguſtia: quā digne mereor: tuo inter
uentu miſericorditer defendere digne
ris: ⁊ melliflúis precibus dn̄m pro me
exorare digneris. Amen. ℣. In omnē
terram exiuit. Et in. Oratio.

BEati mathei apl'i ⁊ euangeliſte
queſumus dn̄e precibus adiuuemur:
vt quod poſſibilitas nr̄a non obtinet
eius nobis interceſſione donet. Per.

¶ De ſancto Symone apl'o Oratio

SAncte ſymon zelothes: ꝑ gra-
ciam illius ꝙ te elegit de mun-
do. te depcor: vt me miſerū ab
omnibus aduerſitatibꝰ ⁊ a penis: q̄s
pro pctis meis horribilibꝰ mereor. eru
as: ⁊ a cogitatiōibꝰ inmūdis tuis me

ritis emũdes: ⁊ monita mihi tribuas. vnde angelica celſitudo admirabilem me videat ⁊ iuſtũ. Per xpm dominũ.

¶ De ſancto Juda aplo Oratio.

SAncte Juda aple: per illũ qui te ſibi in amicũ aſciuit. depre- cor te: vt me a cõſuetudine pec catorũ meorũ tuis meritis abſtrahas: ⁊ a poteſtate demonũ eruas: ⁊ me ad inuiſibiles euehas potẽtias: vbi trini tas diuina. trinis adorat̃ vocib⁹ in pa tre ⁊ filio ⁊ ſpũſancto: ⁊ vno ore oĩs laudant dñm. Qui viuit. ℣. Dediſti he reditatẽ. Timẽtibus nomẽ tuum dñe. Oratio

PRotege dñe populum tuũ ⁊ aploꝝ tuorum Symonis ⁊ iude patrocinio cõfidentẽ. perpetua defenſione cõſerua. Per.

¶ De oibus apoſtolis ⁊ dñi diſcipulis.

SAnctiſſimi apoſtoli dñi iheſu xpi petre ⁊ paule. andrea. iaco be. iohãnes. philippe. thoma. bartho- lomee. mathee. ſymon. thatee. mathia cũ omnib⁹ diſcipulis ⁊ diſcipulabus

domini noſtri Jeſu xpi. orate ꝑ me: vt
dominus merorē cordis mei clemen-
ter auferat. ⁊ illuminet me. ſicut vos
illuminauit in linguis ⁊ ſpūſancto: ⁊
abſtrahat de hoc mūdo. ſicut vos ab-
ſtraxit: donecꝫ mihi ſequi veſtigia ve-
ſtra ſaltē in extremo agmine veſtro. ℣.
In omnē terram. Et in fines. Oratio.

DEus: qui nos ꝑ beatos apoſto-
los. tuoſqꝫ diſcipulos ad agni-
tionē tui nominis venire tribuiſti. da
nobis in eoꝝ imitatione proficere: ad
eternaqꝫ gaudia peruenire. Per.

¶ Item ad oēs apl'os Oro.

OMnes ſancti apoſtoli dei: qui-
bus ipe tradidit poteſtatē ligandi atqꝫ
ſoluendi. Soluite me in terris: quo ip-
ſe me ſoluat in celis: veſtris interceſſio-
nibus eū mihi facite placatum. quem
meis peccatis ꝓmerui iratū: ⁊ exorate
illū: vt immenſas criminū meoꝝ mo-
les ſoluat: ⁊ poſt curſum huiꝰ vite ad
celeſte me palatiū tranſferat: locumqꝫ
iſtum ⁊ cūcta loca noſtre ſocietatis vi-

viſitare ⁊ exaltare dignet͂: probis mo-
ribus decorādo: cūctiſqȝ fidelibus vi-
uis ⁊ defunctis requiē tribuat. ipſe q̇
in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat per
omnia ſecula ſeculorū. Amen.

Sequūt͂ nunc orōnes de martyribꝰ
⁊ p̄ de ſctō Stephano ꝓthomartyre.

SAnctiſſime prothomartyr: ⁊ di-
gniſſime leuita Christi Stepha-
ne. qui primus dn̄ice paſſionis
vexilla tuliſti. qui p̄mus benedictionē
leuiticā. plenitudine ſanctiſpū̄s ⁊ apo-
ſtolica electione ꝓmeruiſti. ad te cōfu-
gio: te inuoco: te ſuppliciter ⁊ obnixe de-
p̄cor. vt intercedere digneris ꝓ me ni-
mis fragili ⁊ īdigno ad dn̄m ihm xp̄m
quē: cū in agone eſſes: ad dexterā p̄ris
ſtare ↄſpiciens ꝓ ipſis etiā tuis lapida-
torib' exoraſti. Adiuua me q̄ſo imma-
culate ⁊ īuictiſſime teſtis vitatis: vt q̇
tuo exēplo nec īnocēter viuere. nec glo-
rioſe mori valeo ſaltē ↄceſſo mihi ꝑ di-
miani ⁊ tue interceſſiōis merita ſpacio
vite mee, ſordes ita ↄgrua emēdatiōe

diluam: vt in articulo mortiſ ab audi-
tione mala liberatus: ſententiā perpe-
tue dānationis euadam Per.

Alia oratio ad eundē.

Obſecro te ſctē Stephane leuita et mar-
tyr xpi. vt pro me ad dn̄m Jeſum xp̄m
p cuius cōfeſſione primū martyriū ſu-
ſcepiſti: orare digneris. vt ſicut ille do-
nauit tibi pacientiā inter ictus lapidū
et celum apertū videre: ſic me inter ten-
tationes eſſe pacientē. et diuina ſemp
mente ꝯtemplari: atq; ex charitate pro
fr̄ibus dilectiſ exorare: et ad vitā eternā
tuo pio interuētu q̄ntotius ꝑuenire fa-
ciat. Qui vi ℣ Ecce video celos aptos
et Jeſum ſtantē a dexteris v̄tutis dei.

Oratio

Da nobis q̄ſ domine imitari qđ colimus: vt diſcam⁹
et inimicos diligere: qr eius memoriā
agimus: q̄ nouit etiā pro ꝑſecutorib⁹
exorare. Dn̄m noſtrum ieſum xp̄m qui
tecū vi.

¶ De ſctō Uincentio Oratio.

O Beate vincēti martyr xpi inclite
exora pro me deū omnipoten-

rē: q̄ tibi ſ inter tot tormēta animū dona
uit inuictū ⁊ in carcē horrifico ſolati-
um conceſſit angelicū: vt tua prece pla
catus: mihi cōdonet meoꝶ veniam cō
miſſorum. ⁊ in bono opere finem red-
dat perſeuerabilem. De ſancto Lau-
rentio Añ. Leuita laurentius bonum
opus operatus ē: qui per ſignū crucis
cecos illūinauit. Diſpſit dedit pau-
peribus. Juſticia eius manet in ſecu-
lum ſeculi. Oratio. D Eus cuiꝰ
charitatis adore. beatus Laurē
tius edaces incēdij flammas contem-
pto pſecutore deuicit. concede. vt om-
nes q̄ martyrij eius merita veneramur
ꝓtectionis tue auxilio muniamur.
De ſancto Sebaſtiano Oratio.
O Beate Sebaſtiane. magna eſt fi
des tua. intercede ꝓ nob ad dn̄m ihm
xp̄m: vt a morte epidimie ⁊ ab omi in
firmitate corporis ⁊ aie. tua interceſſio
ne liberemur. Per xp̄m. ℣. Ora ꝓ no-
bis beate Sebaſtiane martyr xp̄i Ut di-
gni efficiamur ꝓmiſſiōe eius Oratio.

OMp̄s ſempiterne deus q̄ meri-
tis beati Sebaſtiani martyris
tui glorioſiſſimi gn̄alem peſtem epidi
mie hoībus mortiferam reuocaſti: pre
ſta ſupplicibus tuis. vt q̄ pro ſīli peſte
reuocanda ac ceſſanda ſub tua confi-
dentia ad ip̄m refugerunt: ipſius meri-
tis ⁊ interceſſionibus a dicto morbo:
⁊ ab oībus nocumētis venenoſis. vni
uerſiſq; periculis corꝑis ⁊ anime a ſu-
bitanea ⁊ improuiſa morte ⁊ ab om̄i-
nibus inimicis viſibilibus ⁊ inuiſibi-
libus: ſingulis diebus horis atq; mo-
mentis ꝓtinus liberent̄. Per xp̄m do-
minum noſtrū. Amen.

Oratio de ſctō Georgio.

GEorgi martyr īclite: te d̄cet laus
⁊ gloria: predotatū militia. ꝑ quē pu-
ella regia: exiſtēs in triſtitia: corā draco
ne peſſimo: ſaluata eſt a dn̄o: rogans
corde intimo. vt cū cunctis fidelib⁹ ce
li iungamur ciuibus: nr̄is ablutis ſor
dibus: vt ſimul cū leticia: tecū ſimus
in gloria: nr̄aq; reddant labia: laudes

chriſto cū gracia. ℣. Ora ꝑ nobis beate martyr georgi Ut hoſtes viſibiles ⁊ inuiſibiles ꝯ nos ſint valde debiles.

Oracio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui deprecantiū voces benignꝰ exaudis. maieſtatē tuam ſupplices exoramus: vt ſicut in honore bti ⁊ glorioſi martyris tui Georgij draconē a puella ſuparī voluiſti: ita eiuſdē interceſſione hoſtes nr̄os viſibiles ⁊ inuiſibiles ne nocere nobis valeāt tua ꝟtute muniti ꝓpulſare cōcedere digneris. Per.

Ad ſctm̄ Dyoniſiū martyrem or̄o

SAncte Dioniſi gallie doctor et inclite martyr. lumenqꝫ ſplendidiſſimū per amorem celeſtis exercitus ꝗ fuit comes tuo exanimi corpi: quando tuum ꝓpriū caput deportaſti. te deprecor non deſpicias me: ſed ſuſcipias p̄ces meas: ⁊ redime me ex oībus paupertatibus ⁊ tribulatiōibus aīe ⁊ corporis. Rogo te ſancte Dyoniſi. tuoſqꝫ ſocios. vt ſuſcipiatis aīam meam. quādo p̄ntata fuerit ante tribunal iudicis

⁊ deprecemini regem potentē: vt per veſtra ſuffragia merear liberari a tormētis perpetuis. Amen.

Ad ſanctū Criſtoferū Oratio.

SAncte Criſtofere martyr dei precioſe: rogo te p nomen xpi creatoris tui: ⁊ per illam clementiā. quam tibi fecit. qn̄ tibi nomen ſolus impoſuit. Te deprecor in nomine pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti: ⁊ per graciam baptiſmi: quam accepiſti: vt ad deū ⁊ ad ſanctam dei genitricem Mariam mihi peccatori famulo tuo ſis in adiutorium: quatinus tuo interuentu facias me vincere omnes. qui cogitāt mihi mala. Et per illud leue onus. quod eſt Chriſtus. quod trans flumen in humeris tuis feliciter portare meruiſti: alleuiare dignare preſentes anguſtias: pauptates tribulatiōes malas: peruerſas machinationes: fraudulētas ꝯſpirationes: mendatia: falſa teſtimonia: oculta ſiue aperta conſilia. ⁊ illa que cōtra honorem meū excogitando vel cōſpirant

do pficere deſiderāt: vita comite: ſal-
uo honore gaudere valeā in ſecula ſe
culorum Amen. Alia oīo ad eundē.

SAncte Criſtofere martyr Jheſu
chriſti: qui p chriſti nomine pe
nas pertuliſti: opem confer miſeris at-
qꝫ mundo triſti. Qui celeſtis luminis
regna meruiſti. Chriſtoferi ſancti ſpeci-
em q̄cunqꝫ tuetur Jllo nēpe die nullo
lāguore tenet̄. O martyr xp̄ofere p ſal-
uatoris honore Fac nos mēte fore di-
gnos deitatꝫ honore. Et p miſſione xp̄i
qꝛ quod petis obtinuiſti. da xp̄ō triſti
bona q̄ moriēdo periſti. Cōfer ſolamē
mētis tolle grauamen. iudicis examē
fac mite ſit omnibus amen. v. Gloria
Oīo τ honore.

COncede que ſumus omnipotēs deus: vt qui
beati chriſtoferi martyris tui memoriā
agimus. eius pijs meritis τ interceſſio
nibus. a morte perpetua τ ſubitanea
peſte. fame. timore. pauptate. τ ab om
nibus inimicoꝝ noſtrorum inſidijs li-
beremur: per te Jeſu xp̄e ſaluator mū-

di: quem in ſe meruit in humeris ſuis portare Qui.

De ſancto Eraſmo oratio.

Gaude Eraſme martyr chriſti dilectiſſime: qui die dominico oblatus fuiſti: et de eo leticiã ſuſcepiſti Suſcipe hanc orationẽ pro ſalute corpis et anime mee: vt deus per ſuam maieſtatẽ: et tuam orationẽ: dignetur mihi tribuere victum et veſtitũ: longitudinem vite: ſanitatem corpis et anime: ad ſeruiendũ deo omnipotẽti. et in hora mortis mee veram cõtritionem: puram cõfeſſionem: plenariã ſatiſfactionem: et vnctionẽ ſancti olei cum bonis alijs opibus: cum recta fide. et cũ omnibus illis que deo ſunt placita: tibi ad laudem: et mihi ad conſolationẽ. Modo ſancte Eraſme: tibi commendo omne conſiliũ meum: et omnes actus meos et omnia que mihi ſubiecta ſunt in tuam ſanctam fidẽ. vt eruas me ab omnibus aduerſitatibus et a cunctis meis inimicis corporalibus et ſpirituali-

bus ꝓpter repromiſſum tibi a deo ſpecialiter conceſſum. Commendoq̄ȝ tibi omnes mihi coniunctos: ⁊ pro q̄bus orare teneor: vt viuis cūcta in proſperum finem ſuccedant. fidelibuſq̄ȝ omnibus defunctis eterna requies largiatur. Qui. ℣. Ora pro nob̄ beate Eraſme. Ut digni efficiamur. Orō.

Deus q̄ nos beati Eraſmi martyris tui meritꝭ ⁊ interceſſiōe letificaſ ꝯcede ꝓpicius: vt q̄ eius beneficia poſcimꝰ dona tue miſericordie ac gracie efficaciter ꝯſequamur. Per xp̄m dominum.

¶ Oratio ad decē mille martyres ⁊ ad ſanctam legionem thebeorum.

O Decem mille martyres cū legione thebeorum: glorioſi milites precioſi martyres: qui ꝓ chriſti nomine. fuſo ſacro ſanguine. coronas perpetue ſuſcepiſtꝭ leticie. Orate pro miſeris ſedentibus in tenebris vt veſtro precamine: verus ſol iuſticie det nobis lumen gracie. ℣. Letamini in dn̄o ⁊ exultate iuſti. Et gloriamini. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus. qui p̲ gl̃ioſa bella certaminis: ad immortalitatis triumphos beatos martyres extuliſti. da cordibuſ noſtris dignā pro eorum cōmemoratione leticiam: vt quoꝝ hic corpora pio amore cōplectimur. eoꝝ precibus adiuuemur. ¶ Ad quindecim auxiliatores.

Añ. Gaudent in celis anime ſanctorū qui xp̄i veſtigia ſunt ſecuti: ꝛ q̄a p̲ eiꝰ amore ſanguinem ſuū fuderunt ideo cum xp̄o regnant ineternū. Alia añ. Sanctum eſt verū lumen ꝛ admirabile: mynıſtrans lucem hijs qui p̲manſerunt in agone certaminis recipiūt ab ipſo ſplendorem ſempiternū. in quo aſſidue felices letantur. V. Glorioſus deus in ſanctis ſuis. Mirabilis in maieſtate ſua.

Oratio.

Omnipotens ꝛ mitiſſime deus. q̄ electos ſanctos tuos Georgiū. Blaſium. Eraſmum. Panthaleonē. Uitum. Chriſtoferum. Dyoniſium. Cyriacū. Achacium Euſtachium. Egydium. Magnū. Mar

garetham. Katherinā et Barbaram ſpecialibus decoraſti p̄uilegijs: vt om nes qui in ſuis neceſſitatibus eorū im plorant auxiliū: ſm pmiſſiōis tue gra ciam petitionis ſue ſalutarē conſequā tur effectum Per xp̄m dn̄m. Oratio.

DA nobis queſumus dn̄e noſtro rum veniam peccatoꝝ: ⁊ ipſoꝝ interuenientibus meritis: ⁊ ab omni bus aduerſitatibus nos libera: ⁊ dep̄ cationes nr̄as benignus exaudi. Per.

Alia oīo ad eoſdem ſanctos.

COnditor ⁊ redemptor generis humani: ſancte ſanctoꝝ deus per me rita ⁊ oratiōes ſanctorum tuoꝝ Geor gij. Blaſij. Eraſmi. Pāthaleonis. Uiti Chriſtoferi. Dyoniſij. Cyriaci. Achacij. Euſtachij. Egidij. Magni. Margare the. Katherine ⁊ Barbare: exaudi me indignum famulū tuum: vt per ſctōꝝ merita ⁊ interuentū deleas omnes ini q̄tates meas: cūctaq; bona cordi meo inferas: mores bonos ⁊ cōtinentiā lin gue: charitatem atq; humilitatē. cete-

rilſq₃ oēs virtutes. Et per pces eorum.
ꝛ concede mihi. vt illorū tuorum cun
ctorū q₃ ſanctoꝝ adiutorio protegar in
omni horaꝛ in om̄i loco Memor eſto
domine Jeſu xp̄e: quomodo a te roga
uerunt ſancti tui: quādo pro te multa
paſſi erant vt ſi quis in tp̄e neceſſitatꝭ
ꝛ anguſtie te inuocaret per eorū auxi
lium ſtatim illū exaudires. Jta nunc
dn̄e per illoꝝ interceſſionē me defen
de a viſibilibus ꝛ inuiſibilibus ini
micis: in omni horaꝛ in om̄i momen
to. Et vos ſancti Georgi. Blaſi Eraſme
Pāthaleō. Uite. Xp̄ofere. Dyoniſi. Cy
riace. Achaci. Euſtachi. Egidi Magne
Margaretha Katherina ꝛ Barbara
per illū q̄ vos vocauit. nolite me pec
catorem deſpicere. Sed intercedite ꝓ
me ad dn̄m Jeſum xp̄m Cui eſt honor
ꝛ gloria in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Ad oēs ſanctos martyres oratio

A D vos clariſſimi ſanctorum dei
martyres mente et corde ego ni
mius peccator ꝓclamo: quatinꝰ vos

cum ſanctiſſima oratione veſtra: innu
meras peccatoꝝ meorum ſordes: apd̄
dominum noſtrum iheſum chriſtum
aliquantiſper diminuere ⁊ delere di-
gnemini. vt vltra vitā meam cum grā
di meorum criminū pondere grauā-
tam non inueniat. Defendat me obſe-
cro iugis veſtra oratio ab omnibꝰ ad
uerſitatibus meis. Et aſſidue depreca
tiones veſtre ſint mihi ſcutum contra
omnes inſidias dyaboli: necnon con-
tra carnales hoſtes. Quinetiam p̄cor:
⁊ maxime inter ceteras petitiones hu
miles efflagito. vt apd̄ miſericordem
deum creatorem omniū iugiter ꝓ me
intercedere dignemini. ne me miſerū
ac indignū bone voluntatis mee. que
ab illo procedit affectu priuari pacia-
tur Sed quecūq; propter ſui honorez
⁊ matris eius ſancte Marie: ſuorumq;
ſanctorum inchoaui: per immenſam
pietatis ſue largitatem ad perfectionē
me perducere concedat Jeſus criſtus
dominus noſter. Qui cū deo,

¶ Sequunt̃ nunc oratiões ad ſanctos dei ꝯfeſſores. ⁊ primo ad ſanctũ Gregorium papã.

SAncte Gregori pontifex xp̃i: funde preces pro nobis ad dñm: vt per tuam interceſſionẽ preſtet nobis dñs virtutem repugnandi ꝯtra oĩa mala nobis nocentia: vt ⁊ deuitare vitia poſſimus. ⁊ cũcta in celeſtibus ꝓfutura nobis in hac vita p̃parare ſtudeam᷒. largiente dño noſtro Jeſu xp̃o. Qui vi.

Ad ſctm̃ Hieronimũ oratio.

QUaſi ſtella matutina ſplendet pater inclitus: ⁊ vt luna plena bina ſtat corona preditus. pudicitia ⁊ doctrina radians diuinitus. quaſi ſol in tẽplo fulget doctor maximus: v̓bo ſignis ⁊ exemplo cõfeſſor Hieronim᷒ doctorũ doctor inclite. adiutor tu Hieronime. ĩ tribulatiõe ſuccurre. v. Aſta pro nob̄ apud deũ venerande doctor. Ut fallacis carnis iacula ſuperemus.

OMnipotens ſempiterne. Oĩo. deus largitor omniũ bonorũ:

qui ſanctiſſimū Hieronimum pſbyterum ꝛ confeſſorē tuum. eximiumq̄ doctorem virginitatis ppetue. ſupereminentis ſcientie ac ſanctitatis eximie illuſtribus titulis adornaſti: apoſtolicisq̄ miraculis decoraſti: ꝛ eterne beatitudinis immēſa gloria ſublimaſti: tribue nobis queſumꝰ: vt eius ſuffragātibus meritis ꝛ pcibꝰ glorioſis ab oībus malis atq̄ periculis pñtibus preteritis ꝛ futuris miſericorditer liberemur: ꝛ vere penitentie dono conceſſo phennis felicitatis glīa pfruamur. P.

¶ Oratio de ſctō Bernhardo clareuallen̄. Abbate ꝛ doctore egregio.

O Alme pater Bernharde ꝛ ardētiſſime amator: cultor ſuauitatis ꝛ melliflue dulcedis dei. q̄ es ſpes ꝛ ſolacium omniū ad te clamantiū: corde toto tue ſancte ptectioni me cōmendo. ꝓpter excellentiā meritorum tuoꝝ. vt ab oībus que cōtraria ſunt anime mee tueri me digneris. ꝛ impetres mibi de abundantia pietatis tue graciā

cõpunctionis lachrimaꝝ. vt digne et
copioſe plãgere valeam tanta mala ⁊
offenſas. q̄bus a iuuẽtute mea frequẽ
tius ꝓuocaui amabilẽ ⁊ deſiderabi-
lem dominũ meum Jeſum xp̄m Qui
tãta charitate dilexit te vt brachijs ſue
paſſionis ⁊ precioſe mortis te ample-
cti dignatus eſt. Teq̄ȝ digne venera-
ri ⁊ laudare merear: ⁊ interna dulce-
dine gaudia eterne vite valeã meditã
do: amãdo: ſectando imperpetuũ adi
piſci. Tu oliua fructifera in domo dei
vitis fructifera in vinea dñi. vas auri
ſolidum. ornatũ omni lapide precio-
ſo ſanctarum virtutũ. vas in quam ce
leſtis doctrine ſm̄ cor dei electũ ⁊ dul
ciſſimum fide: ⁊ ſanctitate ſplendidũ
ac varijs chariſmatibus graciarũ tan-
q̄ȝ gemmis choruſcãtibus decoratum
Unde fluenta ſpirituſſancti ⁊ diuine
bonitatis ꝓpinaſti toti eccleſie. Ergo
amantiſſime pater ⁊ optime interceſ-
ſor. qui in gaudium domini tui felici-
ter introiſti, Rogo ſupplico: ⁊ peto to-

lo cordis affectu ꝛ omnibus deſiderijs anime mee: vt benigniſſime pr̄ ꝛ dulcis magiſter digneris memor eſſe mei miſeri peccatoris ad dn̄m noſtrū Jeſum xp̄m. de quo dulciſſima eloquia tua eructaſti in terris vt parcat peccatis meis omnibꝰ. ꝛ cõſeruat me in bono ſtatu. nec ab eo vnq̄ꝫ aliqua neceſſitate vel cauſa ſeparari permittat me q̄ꝫ ad conſortiū beatorum angelorū: ꝛ ad delectabilē viſionem dei diu deſideratā: cuz oībus ſc̄tis poſt te admittat: ꝛ fac me ſine fine tuis feſtiuis gaudijs intereſſe: Quod nobis omnibus preſtare dignetur dominus noſter Jeſus chriſtus. qui regnat cū deo patre in vnitate ſpiritusſancti. per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ In doctorē eccleſie ſanctū Augu.

DOctor p̄fulgens lr̄is. doctoribꝰ pre ceterꝭ. Tu doctrina clericoꝝ atq̄ꝫ ſacra vita morum. Formula prima roſa et ſacre fidei gloſa. intus vi-

te forma: ⁊ foris glorie norma Nobis
ſolamen miſeris expoſce iuuamen. ℣.
Juſtū deduxit dominus ꝑ vias rectas
Et oſtendit illi regnū dei. Oratio.

DEus qui btm̄ Auguſtinum pō-
tificem tuum. luce ſapientie et
operum executione illuſtraſti. da no-
bis eius dicta ſobrie intelligere: ⁊ in-
tellecta operibus adimplere. Per.

¶ De ſancto Martino orō.

ROgo te dilectē ſacerdos dei mar
tine: ⁊ ꝑ me miſerrimo atqꝫ ſceleſtiſſi-
mo: ſacris tuis oratiōibus intercedere
digneris, apud miſericordē patrem et
deum omnipotentē: vt q̄ te in trium re
ſuſcitatione mortuoꝝ decorauit in ter
ris. ſua ineſtimabili pietate me a cun-
ctis abſolutū peccatis. a morte reſuſci
tari anime. ⁊ ſuoꝝ numero aggregari
beatorum: ⁊ de hac vita felici cōſum-
matione migrare: atqꝫ ad dexterā ſuā
in celis collocari ꝑcipiat. Per xp̄m. ℣.

DEus qui Orō. Ecce ſacerdos.
conſpicis. qꝛ ex nulla nr̄a virtu-

te ſubſiſtimus: cōcede ꝓpicius: vt inter
ceſſione beati Martini ꝯfeſſoris tui at
qꝫ pōtificis. contra oīa aduerſa muni
amur. Per Chriſtum dn̄m.

¶ De ſancto Nicolao oratio

Sancte Nicolae preſul dei: in tu
is ſanctis meritis laudo xp̄m: q̄
te magnificauit in cōſpectu angelorū
hominū. Tu enim ꝑ viſcera tue pie mi
ſerationis ac cōpaſſionis fraterne. pa
tris inopiam ⁊ filiarū deteſtabilem in
famiam obſtruxiſti: rutilātis auri lar
giflua collatione: ſancte Nicolae fac
animū meum immūdis cogitationi
bus ⁊ voluptatibus atqꝫ opibus flu
ctuantem. deo placitis inuigilare ope
rationibus. Tu ſctē Nicolae. qui iuue
nes morti deditos illeſos abire feciſti.
tu me a morte anime liberatū ſecure
colloca ante preſentiā chriſti. Sancte
Nicolae q̄ nautas in mari quaſſatos
ſanos ⁊ incolumes eruiſti me a pecca
tis meis p̄teritis preſentibus ⁊ futuris
ante conſpectū diuine maieſtatis cle

mēter abſolue. ſine vltiõe diuine vin-
dicte. Tuis dn̄e orationibus adiutus
merear de inſtantibꝫ periculis ꝛ angu
guſtijs liberari. Nā credo pie ſctē Ni-
colae tuis me precibus eſſe ſaluandū
Jdeo ad te clamo: ꝛ te precibꝫ meis:
licet indignis: pulſare nō deſiſto: vt te
intercedēte ab immentibus periculis
a peccatis ꝛ offenſionibꝫ meis. q̄bus
quottidie affligor: merear liberari: ſal
ua me ſupplicem famulū tuum amice
dei Nicolae de preſentibus anguſtijs
ꝛ tribulatiōibus: quia in te confidit
anima mea. vt per te me ſaluet. q̄ te ſi
bi elegit. Undiqꝫ circumdederunt me
mala. quorū non eſt numerus. ſed ab
illis ſpero tue ſanctitatis p̄cibus libe-
rari. Jdcirco cōmendo me tue ſctē de-
fenſiōi: tueqꝫ opitulatiōi: vt me facias
gaudere cū ſanctis ꝛ electis dei in fu-
turo ſeculo. ℣. Ora ꝓ nobis ſctē Ni-
colae

Oratio.

Deus qui bea-
tum Nicolaū piū pōtificem
tuū. innumeris decoraſti miraculis: tri

bue quesumus: vt eius p̄cibus ⁊ meri
tis a gehēne ignis incēdio liberemur.
Per. ¶ In heremita dei Anthonii

O Anthoni heremita in/ Oratio.
firmoꝝ spes ⁊ vita: fac me di/
gne te laudare: venerari ⁊ amare per/
peti memoria: in aduersis sis ꝓtector.
mediator dux ⁊ vector. Ne cū prauis
cōdemnemur: immo tecū gloriemur
in celesti patria Amen. An. Uox de ce/
lo facta est ad btm̄ Anthoniū. q2 viri/
liter dimicasti. ecce ego tecū sum ⁊ fa/
ciam te nominari in toto orbe terraꝝ
v. Ora ꝑ nobis beate Anthoni. Orō

D Eus q̄ ꝯcedis obtētu btī antho
nij cōfessoris tui morbidū ignē
extingui: ⁊ mēbris egris refrigeria pre
stari. fac nos ꝓpici⁹ ei⁹ intercessiōib⁹ a
gehēne incēdijs liberatos, tibi felicit̄
in glīa p̄ntari. Qui. Itē alia orō de s.

O Ps sempiterne de⁹: Anthonio.
miaꝫ tuā supplices exoram⁹: vt
sicut btūs Anthoni⁹ cōfessor tu⁹ glīo
sus demonū multitudinē: sp̄ū sctō co-

mm 2

operante: cōtriuit: ſic nos eius meritis omnes tentatiōes dyabolicas ⁊ omnium aduerſarioꝝ noſtroꝝ inſidias ſuperare ⁊ euadere valeamus. per te Jeſu xp̄e ſaluator mūdi rex glīe. Qui cū patre ⁊ ſpirituſanco vi.

Ad oēs ſanctos ꝯfeſſores orō

Sancte Gregori. ſancte Martine ſancte Nicolae. ſancte Leo. ſancte Auguſtine. ſancte Ambroſi. ſancte Hieronime. ſancte Benedicte. ſancte Bernharde. ſctē Egydi. ſancte Leonarde cōfeſſor. ſancte Anthoni. ſctē Paule. Omnes ſancti ſacerdotes ⁊ cōfeſſores dei nolite me diſpicere: ſʒ ſicut optaſtis a deo hic adhuc poſiti in mortali corpore audite me vt veſtro ſacratiſſimo interuentu. a pctīs exui ⁊ a penis abſolui ⁊ a cūctis tentationū periculis erui: ⁊ per confeſſionē ſancte ⁊ indiuidue trinitatis gloriā ſempiterne beatitudinis adipiſci merear. Amen.

Iteꝝ alia ad eodem.

Deus qui es omniū ſanctorum confeſſoꝝ

tuorum ſplēdor mirabilis: da eorum imitatione me pficere: ꝛ oratione ful ciri: miſericordiāqꝫ tuam exemplis eo rum ꝛ meritis conſequi: vt ex eoꝝ glo rioſa confeſſione vſqꝫ in finē ſeculi ca piā regni celiſtis augmentū. Per xp̄m

De tribus regibus an̄. Ab oriente ve nerunt magi in Bethleē adorare do minū: ꝛ apertis theſauris ſuis p̄cioſa munera obtulert: aurum ſicut regi ma gno. thus ſicut deo vero: murrā ſepul ture eius alleluia. ℣. Reges tharſis et inſule munera offerent. Reges arabū ꝛ ſabba dona adducēt. Orō.

DEus qui tres magos oriētales Caſpar. Balthaſar ꝛ Melchior ad tua cunabula: vt te myſticis venerarentur muneribus: ſine impedimento ſtella duce pduxiſti: concede pꝓicius. vt per horum trium magoꝝ pias interceſſio nes ꝛ merita. nobis famulis tuis tribu as: vt itinere quo ituri ſumꝰ celeritate: leticia: gracia ꝛ pace: negotioqꝫ bene peracto: teipſo ſole vero. vera ſtella ꝛ

vera luminis luce. ad loca deſtinata.
cū omni ꝓſperitate ad ipſoꝝ celeſtiū-
q; ciuium conſortia ſalui ac ſani redi-
re valeamus. Qui vi. ¶ Sequunt
oratiōes de ſanctis v̄ginibus. Et pri-
mo in martyrē dei Barbaram.

AUe martyr glioſa barbara q̄ ge
neroſa. Paradiſi vernās roſa. Caſtita-
tis lilium. Aue v̄go pulcra tota. Cha-
ritatis fonte lota. Dulcis mitiſq; deuo
ta. vas v̄tutū oīm. Aue criminis igna-
ra. ſpōſum audis voce clara: veni pul
cra veni chara: veni coronaberis. Aue
barbara ſerena: pulcra quaſi luna ple
na. Singulari cātilena: ſpōſum agnū
ſeq̄ris. Aue barbara btā: que cū ſpōſo
ꝑparata. nuptiaꝝ ad optata. trāſtuli-
ſti gaudia. Aue fulgēs margarita. ī co
rona ieſu ſita: tā in morte q̄ in vita: ſis
nob ꝓpicia. ℣ Specie tua.

OStēde nobis q̄ſ dn̄e tue pie
tatis miſcdiam: quā in ſancta v̄gine et
martire tua barbara. pie ac miſericor-
diter oñdiſti: vt ipſius meritis ſubito nō

moriamur: ſed ante diē ꝛ horā exitus
noſtri. tui ſacratiſſimi corpis ꝛ ſangui
nis ſacreq; vnctionis ſacris ſalubriter
pfruamur: eaq; intercedente ab omni
um hoſtium incurſu ꝓtegamur. ꝛ ad
te pia deuotione ꝛ leticia pducamur.
Per. ¶ In xpi virginem Agnetem.

O Gemma pudicitie. ꝟginitatis
ſpeculū: iubar innocētie puri-
tatis ſpectaculū. Duc ad tropheū glo-
rie nos agnes ad agniculū. An̄ Stās
beata agnes in medio flāme expāſis
manibus. orauit ad dn̄m dicens: ops
adorande. colēde. pater metuende: be
nedico te: adoro te: ꝛ glorifico nomē
tuum in eternū. Ora ꝓ nobis btā ag-
nes martyr xpi. Ut digni. Oratio.

DEus flos virginū: q̄ es veꝝ deſi-
deriū: intcedēte btā agnete vir
gīe ac martire tua ꝓ nob ꝟtutū odorē
tribue: ꝛ igne ſuauiſſimi amoꝝ itima
cordis nr̄i deſideria accēde: vt i te dul-
citer ardeam⁹ ꝛ hēdes celeſtiū deſide-
rioꝝ eē mēeamur. ꝑ te ieſu bone. q̄ cū.

¶ De sancta Agatha oratio.

Salue scta̅ Agatha v̓go ⁊ martir dei inclita tuis p̄cibus nos xp̄o co̅menda. Ad te clamam⁹ in angustiis constituti. Ad te suspiramus auxiliu̅ querentes. Eya ergo virgo electa: tuu̅ letum oculoꝝ aspectum ad nos tu inclina Et Jesum crucifixu̅: qui tollit mu̅di peccatu̅: redde nobis humiliter placatu̅. O clemens: O pia. O dulcis v̓go et martyr scta̅ Agatha. ℣. Ora pro nobis beata Agatha. Ut digni. Oratio.

Intercessionibus beate Agathe v̓ginis ⁊ martyris tue: q̄s domine: fructu̅ clementie tue sentia̅t supplicantes: cuius oratio̅ibus in sancta ecclesia tua etia̅ eorum deuote efficia̅tur mentes. Per. ¶ De scto̅ Dorothea oratio.

O Jnuictissima xp̄i martyr ⁊ v̓go sancta Dorothea. p̄ nostris sceleribus dulce̅ sponsum tuu̅ dominu̅ nostrum Jesum christu̅ insta̅ter exora: vt spiritum timoris ⁊ sancti amoris nobis elargiri digne͛: in cuius

q̃ mandatis nos pſeuerare: ⁊ que ſibi placita ſunt. tuo interuentu. facias ſp poſtulare. Per. ℣. Ora ꝑ nobis ſancta Dorothea. Ut digni. Oratio.

O Mnipotẽs ſempiterne deus: in cuius noie glorioſa v̓go ⁊ martyr dorothea multoꝝ tormentoꝝ genera ſuperauit: te ſuppliciter exoramꝰ: vt eius interuentu. cũcta pericula deuincamꝰ ipſamq̃ in noſtris neceſſitatibus adiutricẽ celerem ſentiamus. Per dñm.

De ſancta Appolonia orõ. vt ſupra de ſancta Agatha. ℣. Ora ꝑ nobis ſancta Appolonia. Ut digni. Oratio.

DEus ꝑ cuius ſanctiſſimi nois honore beata Appolonia virgo ⁊ martyr amarã ⁊ horribilem dentium excuſſionẽ ſuſtinuit. preſta qm̃s: vt qui eius venerabilẽ cõmemorationẽ pia deuotione frequentãt a tetro dentiũ dolore immunes cuſtodias. ⁊ poſt huius ſeculi erumnas ad eterne patrie gaudia ꝑducas. Per.

¶ De ſancta Margaretha virgine.

GAude v̾go glorioſa. margare-
tha p̄cioſa: rubricata ſanguine
Gaude q̄ prefecti ſpreto. voto mali cor
de leto: gaudens xp̄i noīe. Gaude que
incarcerata. demonē eſ ɔtēplata: i dra
conis ſpecie. Gaude ꝙ eū fugaſti. pe-
de ſanctoqꝫ calcaſti: feritatem malitie
Gaude demū tormentata: igne. aqua.
decollata. cū palma victorie Fac nos
fieri virgo pia. q̄ te colunt in hac via:
ciues regni gl'ie. ℣. Diffuſa eſt gracia.
INdulgentiā nobis dn̄e. Or̄o
btā Margaretha v̾go ꝛ martir
ſanctiſſima imploret: q̄ tibi grata exti-
tit merito caſtitatis: ꝛ tue profeſſionis
virtute hui⁹ mūdi laſciuos ꝛ feraces
tumultus conſtanter exuperauit Per.
De ſancta Maria magdalena.
GAude pia magdalena: ſpes ſa-
lutꝭ vite vera: lapſoꝝ fiducia. Gaude
dulcꝭ aduocata: penitēdi forma data
miſerꝭ poſt vicia. Gaude felix deo gra
ta: cui dimiſſa ſūt pctā: ſpeciali gracia
Gaude lotrix pedū chriſti: a quo tan-

ta meruiſti: amoris inſignia. Gaude p̄
mo frui: viſu redēptoris tui: ſurgentis
in glīa. Gaude que ſeptē horis. es ab
antro iacta foris: ad celi faſtigia. Gau-
de q̄ nunc ſublimaris: ꝛ cū xp̄o gloria
ris. in celeſti curia. Fac nos hic ſic pe-
nitere: vt poſt mortē lucis vere: ſorcia-
mur gaudia. ℣. Ora ꝓ nob. Orō.

Deus qui btē marie magdalene
pniam, ita tibi placitā gratāqꝫ
feciſti: vt nō ſolū ei pctā dimitteres. ve
rūetiā fragilitati ſue. amoris tui grā.
illiꝰ intima illuſtrares: da nob̄ q̄s ita
digne flere mala q̄ cōmiſimꝰ: vt ꝛ ſcāꝫ
indulgētiā ꝯſeq̄ valeamꝰ: ꝛ in oībus
petitiōibus ꝓpitiatiōis tue clementiā
ſentiamꝰ. P.

¶ De ſctā Anna matre virginis marie.

Anna pia ma-
ter aue: cuius nomē eſt ſuaue:
anna ſonat grām. Aue yeſſe radix flo-
rens. que celeſtis dat odoris. perhēnē
flagrantiā. Aue parens ſtelle maris:
quā tu nuptam contēplaris. regis re-
gum filio. Tu q̄ ſola meruiſti, eſſe mr̄

matris christi. p̄ces noſtras ſuſcipe Tu
nos matri atq̃ ꝓli: regi ac regine poli
cōmendare non deſine. ℣. Ora ꝓ no
bis beata Anna. Ut mūdemur ab oī-
bus malis in hac vita. Oro.

D-omine ieſu xp̄e: q̄ beate Anne tātā
graciā donare dignatus es: vt
virginē mariā matrē tuā in vtero ſuo
portare mereret. Da q̄s ꝑ interceſſio
nē dilecte m̄ris ac dilectiſſime filie ma
tris tue: ab oīmi ꝑiculo corporis ⁊ anie
nos defendi ⁊ ad gaudia ꝑduci. Qui
cū deo patre. ¶ In triaureolatā Ka-
therinā.

A-Ue virgo Katherina
aue martyr ⁊ regina. aue ſpon-
ſa christi vera: aue mitis ⁊ ſincera: aue
virgo dei digna. Christo p̄ce me conſi-
gna. p̄ces audi preſta votū. Cor in bo-
no fac immotū. Confer mihi cor cōtri-
tum. Rege viſum ⁊ auditū: rege guſtū
⁊ olfactum: v̄go ſancta rege tactū: vt
in cunctis te regente: viuam deo pura
mente. O beata katherina babilonis
de ſentina. Tutū mihi fer ducatū: plaſ

matorem fac placatū. Eſto mihi con=
ſolatrix: ꝑ me ſis interpellatrix: Chri=
ſtum ꝑ me interpella Salua mortꝭ de
ꝓcella. Supare fac me mundū: ne de=
mergat in profundū: ne me ſinas nau
fragari: in peccatꝭ in hoc mari. Uirgo
dei nūc memēto: quo labore: quo tor=
mento: regnū dei meruiſti: ꝛ ſic celos
aſcendiſti. Potēs in conſpectu dei: me=
mor eſto p̄cor mei: memor eſto ſuppli=
cantis: memor eſto ꝙ in tātis: ſim pec=
catis conſtitutus: multis malis inuo=
lutꝰ. Uiſita tu me infirmū: ꝛ in bonis
fac me firmū: agoniſta dei fortis: eſto
preſens in hora mortis. Decumbentē
foue leua. ꝛ de morte ſolue ſeua. vt re=
ſurgam nouus homo: ciuis in celeſti
domo Duplex mors me ne infeſtet. Je
ſus chriſtus illd̄ preſtet. Tua prece exo
ratus: idem pater: idem natus: idē vtri
uſꝗ flamen. Qui viuit ꝛ regnat amen
℣. Diffuſa ē gracia. Oratio.
Omnipotēs ſempiterne deꝰ: in=
effabilem miſericordiā tuam

ſupplicıter deꝑcamur: vt ſicut liquor:
qui de mēbris beate virginis ⁊ marti-
ris tue Katherine iugiter manans: lā-
guidorum corpora ſanat. ſic eius ora-
tio ſancta. cunctas a nobis iniq̄tates
⁊ infirmitates expellat: ⁊ om̄ia mala a
nobis clementer auertat ⁊ ad regnū ce-
lorum feliciter perducat. Per.

¶ De ſancta Cecilia oratio.

O Gl̄ioſa v̄go et amica filij dei ce-
cilia. inclina aures tue pietatis clemē-
ter ad me famulū tuum. Per eum qui
per te dignatus eſt cōuertere valeria-
num ſponſum tuū ⁊ fratrem eiꝰ tibur-
tium. Per iſta ⁊ alia multa beneficia:
que per te dignatus eſt oſtēdere. obſe-
cro te: vt impetres mihi a dn̄o: vt cor
meū ſemꝑ ſit inclinatū ⁊ paratū ad oē
bonum: ita vt in hora exitus mei ipſe
q̄ me iudicaturus ē. fiat defenſor meꝰ
ꝯtra diabolicas impugnatiōes ⁊ ſal-
uator meus ih̄s xp̄s dn̄s noſter. Qui
cū patre ⁊ ſpū ſancto viuit ⁊ regnat de-
us in ſecula ſempiterna. ¶ De ſancta

AD te ſctā lucia vir- Lucia orō.
go ⁊ martyr xpi confugio dep-
cans vt illius miſcdie ſinum p me in-
uoces: qui te liberauit de incēdijs flā-
marū: qñ reſina ⁊ pice ⁊ feruenti oleo
fuiſti pfuſa: ⁊ etiam te faciebat eē qua
ſi montē immobilem: vſq₃ dū accipes
corpus ⁊ ſanguinē dñi noſtri ieſu xpi:
vt totuz deſideriū tuum adimpleret.
Per iſta ⁊ multa alia miracula: que p
te dignatus eſt oñdere. Obſecro te: vt
impetres mihi a dño vt in hora exitus
mei accipere merear eandem gratiaz
corporis ⁊ ſanguinis ſui: cū pura de-
uotione ⁊ ſincera inuocatione nomi-
nis ſui glorioſi ⁊ bñdicti. Qui viuit.

¶ De ſancta Criſtina oratio.

O Beata virgo ⁊ martyr xpi. ſan
cta Criſtina: vota ⁊ preces famuli tui
audi per illū: q̄ te exaudiuit in tpe paſ-
ſionis tue: ⁊ impetra mihi a dño talē
vitam ⁊ conuerſationē: vt in xpo dul-
citer ardere merear: in q̄ dulciter ⁊ ar-
dēter arſiſti: ⁊ vt hō tātoꝝ celeſtiū deſi

derioꝝ eſſe merear: vt nullꝰ blandiēs amor ſeculi: a ſuo amore valeat me ſeparare: in quo tota es accenſa celeſtibus deſiderijs. Obſecro te vt impetres mihi ꝙ in hora exitus mei viſitationē et conſolationē tuam et aliorū ſanctorū quos mihi in nouiſſimis meis adeſſe rogo: habere merear ꝑuſꝙ moriar. P.

¶ De ſancta Elizabet oratio.

AUe gemma ſpecioſa. mulierū ſidus roſa et regali ſtirpe nata: nūc in celis coronata: mūdo licet viro data. criſto tamen deſponſata: vtriuſꝙ ſpōſalia ſimul ſeruans illibata: ſaram tu ſequens fide pia et rebeccā prudentia. O dilecta o beata: noſtra eſto aduocata: elizabet egregia: vt tantoꝝ peccatorū ſic veniam conſequamur: ꝙ tantoruz poſt laboꝝ finem tecū gaudiamur.

¶ De ſancta Urſula oratio

SAlue et gaude: o tu vere precioſiſſima xpiane religionis et conſtantie gēma. beatiſſima Urſula ꝟgo et martyr domini ꝓcioſa. Salue iterū.

et gaude gaudio magno cu exer-
citu tuo tã glãoso tãq; numeroso
et cu eisdē btis sodalibz tuis ora
p nobis qs nūc o pia & maxē in
hora & p; horā mortis nre. Meqz
miserrimu meum supplicē & paup
cult. vestru vestra deo grata pre-
ce Dei infinitae clemētiae,
õmqz celesti curie fideliter
recomēdate. Et me ab õi
viciolitate vro pio juvamie
qso misericorditer ɔpescite. Et
p peccatis meis heu gravibz
& nimiis cordis ɔtritione:
ore vera ɔfessione vite mee
deo placētē emendatione õim
in me ījuste malignatiu
mihi ad nocēdu ptētē
repressione: & ad extremu
vitae meae felicē ɔsumma-
tione: mihi queso misēditer
īpetrate ab ineffabilis Dei in-
effabili pietate & clemētia
xpi filii honore & amore i cuj;

Universitäts- u. Landesbibl. Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0591

glo[ri]o[s]e & nobiles creature & p[re]dilecte ac sp[e]ciose spo-
ſe et amatrices vos estis. Am[en].
Item oratio ad xi mille virg[ine]s.
O preclare vos puelle: nunc
implete meum velle Et dum
mortis veget hora: subvenite si-
ne mora: in ta[m] gravi te[m]pestate: nos
p[ec]cantes defensate a demonum
instantia. V Orate p[ro] nobis xi
mille virgines. Ut hostes ter-
ribiles adversum nos sint val-
de debiles.
O Deus q[ui] affluentissime Oro.
bonitatis tue prudentia beatissimam Ursulam cum xi milibus virginum
triumpho martyrii coronare di-
gnatus es: concede p[ro]piti[us] ut eius me-
ritis et precibus cum ipsis in eterna
beatitudine collocari mereamur
p[er] Christum d[omi]n[u]m nostrum.
Oratio de o[mn]ibus sanctis.

Omnes sctī spiritus ⁊ aīe iustorū
⁊ sctōꝝ dei: q̄ meruistis ꝯsortes
fieri celestium v̓tutum: ⁊ pfrui
eterne claritatis glīa. Precor vos ꝑ il-
lius honorē ⁊ amorē: q̄ vos btificauit
vt itercedere dignemini ꝓ pctis ⁊ an-
gustijs meis: vt cōfessione pura: cōtri-
tione cordis ⁊ penitētia condigna. cū
pceptiōe sctissimi corpis ⁊ sanguis dn̄i
nr̄i iesu xpi ⁊ sacri olei vnctiōe: anteq̄ȝ
de hoc secl'o migrare me opteat: fulci-
ri merear: ⁊ in illa tremēda hōa finis
vite mee. sentiā vr̄m iuuamē: ne cū im-
pijs spiritibus ⁊ dānatis hoibus: ad
eternā penā dijudicer: sed a labe pec-
catoꝝ misericorditer purgat⁹: ac vob̄
adiūctus partē prime resurrectiōis ob-
tineā ⁊ in celis vitā eternam habeam
Per xpm. ℣. Letamini in dn̄o. Oro.

Omps sempit'ne de⁹: q̄ nos oīm
sctōꝝ tuoꝝ merita sb̄ vna tribui-
sti ꝯmeōratiōe venerari: q̄s: vt
desidratā nob̄ tue ꝑcipatiōis abūdā-
tiā mltiplicatis intcessiōib⁹ largiaris. R.

¶ Initiū ſancti euangelij ſm̄ Johā-
nem. Gloria tibi domine.

IN principio erat verbū. Et ver-
bum erat apud deum. Et deus
erat verbum. Hoc erat in principio a-
pud deū Omnia per ipm̄ facta ſunt: ⁊
ſine ipſo factū eſt nihil. Quod factuꝫ
eſt in ipſo vita erat, ⁊ vita erat lux ho-
minū. Et lux in tenebris lucet. et tene-
bre eam non comp̄henderunt. Fuit
hō miſſus a deo cui nomē erat Johā-
nes. Hic venit in teſtimonium vt teſti
moniū perhiberet de lumine: vt oēs
crederent per illum. Non erat ille lux
ſed vt teſtimoniū perhiberet de lumi-
ne. Erat lux vera que illuminat omnē
hominem venientē in hunc mundū.
In mundo erat ⁊ mundus per ipſum
factus eſt ⁊ mundus eum non cogno
uit. In propria venit ⁊ ſui eum nō re-
ceperunt. Quotquot autē receperunt
eum dedit eis poteſtatē filios dei fieri
his qui credunt in noīe eius. Qui nō
ex ſanguinibus: neqꝫ ex voluntate car

nis/ neq̧ ex voluutate viri: ſed ex deo
nati ſunt. Et verbū caro factū eſt ⁊ ha
bitabit in nob Et vidimus gloriā eiuſ
gloriā quaſi vnigeniti a patre: plenū
gratie ⁊ veritatis Deo grās. Añ. Te in
uocamus: te adoramus: te laudamus
te glorificamus O beata trinitas. ℣.
Sit nomen domini benedictum. ℟.
Ex hoc nunc ⁊ vſq̧ in ſecl'm. Oratio.

PRotector in te ſperantiū deus
ſine quo nihil ē validum: nihil
ſanctum. multiplica ſuper nos miſeri
cordiam tuā: vt te rectore. te duce. ſic
tranſeamus per bona tpalia. vt non
amittam⁹ eterna. Per xpm dnm nrm.

...runt libellum ex liberali
...
...
stra obs.
henricus

Jul. A 15
2. Ex

[Am Bl. 70, verso]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0596

orrente [illegible] & mane coruus ei attentib;
es· & bibebat [illegible] aqua torrentis· hic h'ri
pis in die posse comedere. Desiccato u° forte dix'
e in sarepta sydonior(um)· ego p'cepi mulieri ui-
te ibi· Sareptā dnt quidā eē siluā· q'da
dic eē ciuitate paruā iux' sydoniā inter
e & erat ciuitas gentiū· forte & alia fuit

Ink. A 15
Ink. A 15
2 Ex
Ink. A 15
M 235

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0597




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0598

De ſancto Martino. 272
De ſancto Nicolao. 273
De ſancto Anthonio ibidem.
Ad omnes cõfeſſores. 274
De tribus regibus. 275
De ſancta Barbara. 276
De ſancta Agnete ibidem
De ſancta Dorothea. 276
De ſancta Appolonia 277
De ſancta Margaretha ibidem



¶ Incipit libellus orõnũ ꝛ medita
tionũ deuotarũ q̃ anthidotari⁹ aie ap
pellaṫ: eo ꝙ in ipo inueniunṫ anthido
ta ſiue medicamẽta ſaluberrima cõtra
oẽs morbos ſpũales aie Et ꝑ tanq̃ me
dicamẽta digeſtiua ꝛ ꝑparatiua ad ex
pulſionẽ malorũ humoꝝ aie ponenṫ
nõnulla ꝯtritionẽ ꝛ dolorẽ de pctis in
ducẽtia. ¶ Exhortatio ſalutarſ terrorẽ
iudicij ac timorẽ diuine vltiõis incuti

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-58314/fragment/page=0599